a Ro. q clausula in medio posita, refertur ad precedentia z sequentia. ¶ Oppo. ad primū. j. ti. ij. l. vroni. Soluit gl. j. z hāc sol. reprobat, z bene. Vide gl. qi oēs ille donationes morte firmātur, l. in donationib⁹. C. ad l. fal. Sed ctra hoc facit. q vñ q talis cōfirmatio retro trahatur. l. donationes. C. de do. inter vi. z vr. Sl. respōdet, retro trahitur quo ad fructus, nō quātū ad dominiū. q no. Idē no. in d. l. donationes. z l. §. C. de inof. do. z bene. Cōtrariū no. z male. j. ti. j. l. sequēs questio. z l. sub cōditione. de sol. z ibi dixi. Unde gl. soluit alio modo. Et no. q ibi nō extendit ad futura. que sunt cōtra ius, seu a iure cōmuni exorbitantia. Vide hāc solutio. z no. eam. pro qua facit extra de regu. iu. c. que a iure. li. vi. z qs ibi no. per Dy. Hoc allego multū in l. pretor. §. eritq; j. vi bo. rap. vbi ego qro. vtrū clausula precedēs in statutis trahat ad sequentia. Videtur enim q nō, in his que a iure cōmuni exorbitāt, vt hac gl. quod dic vt ibi. ¶ Oppo. scdo, q verba preteriti, vel presentis tēporis, nō trahantur ad futura. l. si. de lib. le. z l. si ita. de aur. z arg. lega. z l. quedam non referuntur. de iure codi. Rñ. hic loquitur quādo verbū preteriti, vel presentis tēporis est significativum actus: qui dependet ex volūtate defuncti. Nō est, qz in illis semper habetur respectus ad futurū. Pendet enim vsque ad mortē licet sit preteritū, l. Plotiana, z l. cōficiuntur. §. fi. z ibi no. §. ti. j. z plene diximus in d. l. §. ti. j. z ¶ Op. extra gl. de ali. z ti. l. libertis. §. post hunnis. vbi nō potrigitur ad relicta in codicillis. Sol. ibi dixit, que legata reliquit in testamento. hic vero dixit, que reliquit simpliciter. Uenio ad scdm no. Dpp. gl. §. ex qui. cau. ma. l. sed z si per pretorem. §. deinde adiecit, z de postu. l. j. §. eū qui. Gl. nō soluit, nec alicubi habemus clare solutū. Dic ergo breuiter. Quādoqz tractam⁹, vtrū qualitas adiecta vni dispositiōi intelligatur repetita in alia, z hec nō est nostra materia in dispositione legati. Dic vt ibi diximus in d. pretoz. §. eritq; vi bo. rap. Ju cōtractib⁹ inter viuos, dic plene, vt l. si ita stipulat⁹. §. Chrysogonus. de ver. obl. Ju vltimis voluntatib⁹

2 dabo tibi remissiones in l. licet. j. eo. Quādoqz ponitur in dispositione aliqua clausula per se, z dubitatur ad que referatur, vtrum

b ad precedentia omnia, an ad proxima, an etiā ad futura. Unde in dispositiōe sunt multa capitula: z hic dic. aut illa clausula ponitur

c inter vnū capitulum, seu inter verba ipsius, z ad illud tm̄ refertur. Aut ponitur inter ipsa capitula, vel in principio, vel in fine, z refertur ad oia capitula. Istā doctrinā dat tert. in l. iij. §. filius. §. de li. z posth. q est verū, qñ non est ratio quare magis referatur ad vnū, quam ad aliud. Istā rationē ponit Imperator in l. j. C. de lib. pret. Sz si esset aliqua ratio, quare ad quedā nō posset referri, z tūc ad illa nō refertur. Cause aūt possunt assignari aliq. ¶ Primo, si in precedentibus erat specialiter prouisum circa id, quod cōtinet clausula de qua tractatur, l. sed, z si pretorē. §. deinde, ex quib. cau. maio. z l. j. §. eū qui de postu. z §. de vul. z pu. l. coheredi. §. qui patrē. Scdo

* si precedentia *essent cōtraria, l. si idē eum eodem. de iuris. om. iud. Tertio si ex hac relatione dispositio ad q̄ refertur, efficeretur inutilis. l. cum vulgari. de do. preleg. vt diximus. §. pror. Spe. de hoc ponit suā distinctionē. in ti. de instr. edi. §. nunc autē. ver. ītē ercipe. z in tit. de dispu. z alle. §. post hoc. ver. vel in principio factū narrat. Nunc habetis expositū verbū, quas pecunias: z verba quibus dies adiecta nō est: z verbū, legauit. Sed verbū heres meus dato, hic non exponitur. ¶ Quero ergo, quid si testator dicit, z predicta legata lo[illegible] executioni mādari annua, bima, trima die, per meos executo[illegible] ¶ Primo videndū quid importent illa verba, predicta legata, p[illegible] prascripta, z similia. Dicendū videtur, q referantur solū ad p[illegible] dentia, d. l. j. §. eum qui de postu. Hoc apparet ex significatione bozum. Hoc enim quod dico predicta legata, z supra scripta, [illegible] milia, non habet tractū ad futurū tempus, vt diri de ver. [illegible] ¶ Item videndū est quid importent dicta verba, volo exec[illegible] mi mandari. Rñ. quedā sunt legata in quibus ler ipsa facit exe[illegible] tionem. vt si testator legat rem suam propriam, z in illis nō po[illegible] gitur talis ser̄mo. Jn alijs vero, in quib⁹ requiritur executio [illegible] nis, illa clausula operatur vt probatur a simili. ler dicit exe[illegible] nē sententie fieri post quadrimestre tēpus z intelligitur ex[illegible] tione hominis, nō legis. l. furti. in prin. de his qui no. infa. z [illegible] Bul. z l. qui vltimo. j. de pe. Aliud ergo est dicere, heres meus [illegible] diem dato. quia tunc dies apponitur datioi. hoc est transf[illegible] dominiū. Aliud est dicere, mandetur executioni, quia tunc [illegible] ponitur executioni fiende ab homine.

ADDITIONES.

a ¶ Futura. Adde ad quod tempus sit trahendum verbum [illegible] ad presens, z futurum trahi potest, Ro. consi. ccerrxii.

b P OMA. ¶ Ponitur in dispositione aliqua. Vide Aler. [illegible] in ij. vo. pulchre Fely. in c. cām que. de reser. Jal. hic z vide [illegible] cōsi. inserto inter cōsi. Aler. consi. lij. in iiij. vol. z consi. er. in [illegible] Pau. consi. lxxv. in j. vol. Ro. consi. lvj. Pan. consi. xiij. in [illegible] vo. z cōsi. xx. e. vo. z cōsi. lxxv. in ij. vol. in vlt. col. z Lepo. consi. [illegible] in vlt. col. z Barb. cōsi. lxxviij. in ij. vo. z consi. xcvij. in vlt. col. [illegible] z consi. lix. z consi. clxij. z in consi. iiij. in j. vo. z consi. sem. [illegible] lx. in j. vo. z consi. xiij. e. vo. z consi. xv. eo. vo. z consi. xvi. e. vo. [illegible] xxxiij. z consi. seq. in j. co. z consi. xlj. z consi. seq. z consi. xvi. e. [illegible] xv. z consi. lvj. z liij. in eo, vo. z in cōsi. xx. z aliquid cōsi. [illegible] consi. xliij. in ij. vo. Ant. Bu. consi. xvj. z consi. xxx. Ro. consi. [illegible] consi. clxij. z cōsi. clxxx. Imol. consi. cx. z cōsi. cxxx. in fi. Card. consi. [illegible] xlix. z lxiij. z cōsi. cvij. Semi. in c. j. de postu. prela. lib. in gl. sing. [illegible] verbo, sic. Car. Sl. cxxiij. in j. co. z con. cxxxiij. Pe. z Ant. cons. [illegible]

P. P A V. P. ¶ Vide Fel. qui limitat octo modis, vide Bar. in [illegible] §. filius. col. vl. ff. de lib. z posth. z vltra limitationes [illegible] Bar. ad reg. q clausula in fine posita refertur ad omnes [illegible] tia, limita, vt procedat quo ad precedentia, que sint precipue [illegible] posita in dispositione, non quo ad ea que sint posita accidē. [illegible] gratia demonstrationis, tex. est in l. fi. §. Titia. z ibi Bar. [illegible] leg. facit q no. Bar. in l. si cui. §. si a filio. ff. de le. j. z limitāt [illegible] in materia que deberet large interpretari, tex. est not. in [illegible] lecti. secundū intellectū Jmo. vbi Card. Flo. ibi, extra de [illegible] tio est qz materia est cōprehēsibilis. vt dicit Bart. limita [illegible] p Bar. in l. si. ff. de reb. dub. vide etiā in materia Aler. [illegible] inci. super hesitatione, z consi. cxxxv. ad fi. vol. j. Fran. cōsi. [illegible] consi. xiij. Item qñ clausula in precedentibus intelligatur [illegible] ta in sequentibus. vide Ro. consi. cccxlv. z late de materia [illegible] j. C. de lib. prete. z in l. transigere, col. j. de transa.

c ¶ Clausula. Adde vltra Aler. quando clausula referatur [illegible] mia precedentia z sequentia, Ro. consi. cccxxxvij. And. Sim. [illegible] xiij. z xlj. z xxxiij. z lj. Ang. consi. xxix. z Bal. ccxxij. z consi. [illegible] iiij. ij. lib.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Si precedentia. Jdē si alia abla[illegible] insurgeret. casus est in c. ecclesia vestra. quem ibi dicit singu[illegible] Pan. de elect. z late Fely. in c. causam que. de rescrip. vide [illegible] materiam Ptt. de Anch. consi. ccxc.

LEX XXXII.

Si quis a filio. Repetita a subtitu[illegible] liguntur repetita pro[illegible] aliud exprimatur. h. d. Materiam huius legis vidi[illegible] gl. in l. si cui ferui. §. j. j. eo. Alduerte, quia gl. dicit, q quando [illegible] ijsdem diebus dato, est quedam nugatio. Dicit Jac. de Ar[illegible] verba sine effectu. Sed certe non est nugatio, sed condi[illegible] fectus, secundum eum: z innuunt tam gl. quam ipse, quod [illegible] ba, cum is in suam tutelam peruenerit, ꝛc. Faciunt condi[illegible] Quod an sit verum dicam in l. si cui legetur. §. j. j. eo.

1 ☞ Interpretatio libelli porrecti per defunctum, non [illegible] heredem.

2 Heres declarat voluntatem ambiguam defuncti, nisi [illegible] set damnificari, z quando.

a **§. Si quis a plures.** Si testator sc[illegible] z dubium est de [illegible] est heredis. h. d. no. multū. Dp. §. e. l. qui duos. Sol. hic [illegible] to. quod apparet, quia expressit nomen proprium ideo est [illegible] redis qz verisimiliter nouit voluntatem defuncti. Ibi non [illegible] de certo, quod apparet, qz nō expressit nomē alicui⁹ ideo [illegible] est legatarij: z ideo testator nihil legasse videtur, nisi electorum [illegible] de illis certis. Facit ad id quod diximus in l. gerit. de acqui. her. [illegible]

erbum. vel factū testatoris est ambiguum, vtrum sit interpreta
io heredis, quid senserit, Sed ꝛtra hoc ¦ op. ff. de rei ven. l. idē ¶Nō
onius scribit. in fi. ꝛ l. inter stipulantem, ff. de ver. obli. ꝛ ibi no.
n gl. vbi interpretatio libelli obscuri porrecti per defunctum, nō
ransit ad heredem. Sed hec interpretatio nō nocet legatario tra
tat enim de lucro captādo. ꝛ quicquid sibi detur, lucratur. Jn eō
rarijs esset reo preiudiciū, forte enim declararet heres aliquid, ſu
per quo reus defensiones non facit. Et ad hanc sol. facit, quod no.
hic, in seq. contrarijs. Opp. de duo. sunt Titij. de test. tu. Soluit gl.
bi in tutela. que certo iudicio ds dari. Sed adhuc instabis quare
non sic in legato. b Respon, ibi. electio heredis posset esse pericu
losa pupillo. ſi haberet aliū tutorē, quam quem defunctus voluit,
Itē posset esse dānosa tutori, qꝛ tutela est onꝰ: ſz hic in omnē euē
tū est cōmodū legatario. ¶Ho, ergo, q tūc permittit heredi decla
ratio voluntatis defuncti, qñ nemo per hoc posset dānificari. licet
per hoc posset aliquid lucri perdere, qꝛ forte heres eligeret viliorē.
Secus ſi aliquis dānificaret, Ad prędicta facit quod no. per Dy.
extra de re. iur. in c. in obscuris. li. vj. ¶Opp. gl. videtur. quod de
claratio sit iudicis, l. j. in fine ff. de iure delibe. Hl. non soluit. dic q
ibi incertitudo erat in verbis pretoris, ideo declaratio est iudicis:
hic in verbo testatoris ideo declaratio est heredis, z hoc quando
constat testatorem aliquid certum sensisse. Si autem hoc non con
staret, z aliquod verbum esset ambiguum, tunc esset in declaratio
ne iudicis l. voluntatis. C. de fideicom.

ADDITIONES.

¶Si quis. Adde vltra Alex. qualiter defuncti voluntas obscura
debeat declarari, Abb. consi. xxxvj. ij. lib.
P. PAV. P. ¶Sic in legato. Circa materiam incertitudinis quic
quid sit de iure ciuili. de iure canō, est certificanda ad arbitrium bo
ni viri. vide Hel. in c. j. de pac.
¶Pars expulsa de ciuitate potest syndicum constituere.
Legatum factum parti ciuitatis, vt secte, non valet.

§. Si parti. Valet qꝛ reinquitur parti ciuitatis. b.
Albertus de Rapondis dicebat per
istum ter. q pars expulsa de ciuitate pōt facere syndicū, per hanc
legē z similes. Dy. dicebat contrarium, qꝛ collegium est reprobatū
eo ipso, q non est approbatus, l. j. de colleg. illi, z l. j. §. quod cuiusq
vni. no. Credo do. Lamb. dicere verum, q posset facere syndicum.
argum. pro hoc ff. de ori. iu. l. ij. §. exactis. vbi pars expulsa fecit le
ges, que approbate fuerūt, Arg. pro hoc, qꝛ cuilibet est permissum
facere collegium ad suam iustitiam consequendam, vt dicit l. j. §. j.
quod cuiusq vni. vt ibi no. in gl. Unde si faciunt syndicū ad com
promittendū cum intrinsecis, vt pacem possint facere, valet: z ita
de facto seruatur. ¶†Quero, quid si legatur vni parti ciuitatis,
vt secte. Resp. illud non valet, qꝛ collegiū est improbatum: quoniā
per sectas illas in damnum Reipublice contenditur, l. si quis inge
nuam. §. in ciuilibus. de cap. Jn quibusdā tamen ciuitatibus eorū
statutis talia collegia approbantur, vt in ciuitate ista, vbi sunt ca
pitanei partis Buelphe. ¶†Quero, vna pars est expulsa de ciui
tate, pars que remanet intus, submittit ciuitatem alteri, z etiam
pars que est extra, quelibet separatim. an valeat. Arguendo dico,
videri q non, qꝛ debent conuenire in simul in vnum. l. ij. C. de decu.
li. r. z l. z suū. ff. ſi. §. de pac. Et hoc videtur sensisse Bonifacius Pa
pa, in quibusdam literis per eum ad perpetuam rei memoriam
concessis ciuibus Tudertinis, vbi iam ille casus occurrit.

LEX XXXIII.

¶Preoccupare quando quis dicatur per solam litis contesta
tionem, vel requiratur sententia.
a Dominium rei legate duobus, ita quod cuilibet debetur insolidū
ante litis contestationem est heredis, z quilibet ex legatarijs ha
bet actionem personalem ad rem.

¶Ipluribus. a Si pluribus eadē res legatur
coniunctis, cuilibet debet pars.
Ali distinctim. partes sibi faciunt per concursum, nisi testa
tor voluerit primo adimere, vel cuilibet insolidū cōcedere. h. d. cū
prin. l. seq. ¶Dicitur, hic b. q quis dicitur preoccupare p litis cō
testationē, ꝛtra imo requirit, vt perueniat ad sniam. l. si quis a mul
tis. de nora. z l. si vero adhuc. de pec. Dicit gl. q qñq; ad preoccu
pandū sufficit testatio litis, qñq; requiritur snia. Dicit Dy. Aut
loquimur de iure querēdo, z sufficit cōtestatio litis, vt alijs prefe
ratur. l. plurib⁹. de proc. z l. si Titius. de ver. obl. Aut de iure q̄sito
preferendo, z requiritur snia. l. si quis a multis. z l. si vero adhuc. §.
alle. Ista distinctio nō vr vera. per l. ex duobus. ij. de duob. reis, z l.
fideicommissa. j. ti. ij. §. plerūq; vbi in iure quesito preferēdo sufficit
cōtestatio litis. Ubi reperio, q ¶Bet. distinxit plenius, sic aut q̄ri
mus de prelatione facienda ratione officij vel iurisdictionis, aut ra
tione debiti principalis. Primo casu sufficit litis contestatio, vt
quis preferatur, i. pluribus. de proc. z l. qui prior. de iudi. Secō ca
su aut agitur cōtra nullo iure obligatū, vt quando agitur reali ac
tione, z tunc requiritur, vt quis perueniat ad sententiā, vt dictis
legib⁹. d. l. si quis a multis, z l. si vero. z §. de rei ven. l. is a quo. Sive
ro agitur cōtra obligatum, vt qñ agitur personali actione, z tunc
subdistingue, Aut id ad q agit per vtrunq; est vnū debitū nume
ro, aut sunt plura debita. ¶Primo casu sufficit litis contestatio vt
hic z l. si Titi⁹. de ver. obl. l. ex duob⁹, ij. de duo. re. Si sunt plura de
bita requirit snia. l. iter cos. de re iud. Ista sunt verba ¶De. que ver
ba nō sunt vera. ¶Primo, qꝛ in iurisdictiōe sufficeret preuenire p ci
c tationē. l. si qs postea. de iud. Preterea nō est verum q in hac l. z d. l. si
quis a multis, z l. si vero agatur reali imo personali agitur. ¶Prete
rea, non est verum, q in hac lege sit vnū debitus, imo sunt plura, z
vnus habet rē, z alius estimationē. ¶Preterea, quod deterius est ex
1 nullo istorum membrorum colligitur ratio differentie. †Dico er
d go sic. d Quando q; tractatur de iure prelationis, occasione facte
preoccupationis, z tunc ds quis preoccupasse. qñ peruenit ad ali
quid, q est ipsum, vel cā proxima ipsius, de quo preoccupādo tra
ctatur, vt ostendent mēbra sequentia. Distingue ergo sic, aut tra
ctat de preoccupatione exercitij iurisdictionis, z tūc preoccupasse
dicitur per citationem, qꝛ citatio de exercitio iurisdictionis est. l. si
quis postea, z l. vbi acceptū de iud. Qñq; tractatur de preoccupa
tione in ordine procedendi: z ille ds preoccupare, qui primo dedit
libellū, qꝛ de ordine procedendi est, l. in trib⁹, z l. qui prior. de iudic.
Qñq; tractat de preoccupatione respectu effectu eiꝰ de quo agit
z tunc aut plures agunt ad idem, aut ad diuersa. Si ad idem, aut
ex eadē causa, aut ex diuersa. Si ex eadē, tūc non est possibile istas
duas causas esse simul veras, z tūc ille ds preoccupasse, qui prius
peruenit ad sententiā: qꝛ de illo saltem presumptiue incepit prius
cōstare q habebat bonā causam. l. is a quo. de rei ven. z l. pe. de pe.
her. Si vero possunt simul esse vere ille cause, z sunt, tūc aut habue
runt originem eodem tempore, z ille ds preoccupare qui peruenit
prius ad litis contestationē. Hic est casus hic, z l. ex duobus. ij. de
duob reis. z l. fideicōmissa. §. plerunq; j. de le. iij. Ratio, qꝛ ius agē
di habebat: ergo preoccupasse videtur ius exigēdi, seu eligendi in
exactione. Si vero non habuerunt originē eodem tempore, tunc
ille ds preoccupasse, qui prius habet ius petendi, l. in operis. §. lo
ca. Si vero non petit idem, sed diuersum, vel ex diuersis causis: tūc
p litis cōtestationē nemo potest dici occupare. qm̄ cuiuslibet peti
tio tendit ad diuersa: sed oportet q veniat ad suam, que est causa
immediata executionis: z ille in executione preoccupasse ds, d. l. si
quis a multis. de nora. z l. si vero, §. de pec. Jn alijs autem que cor
pozalia sunt, quis poccupasse dicat. dicā in l. quo minus in v. que
3 stio. de flumi. ¶†Quero, qñ eadē res legat duobus, ita q cuilibet
debeatur insolidum. an tequā lis cōtestetur, cuius sit dominium, z
obligatio interim: Jo. rñdit, vt habetis in gl. Videbitis q Jo. ha
bet duas opi. ¶Prima, q interim nullius sit dominium, vel obliga
tio, quod non vr verum, qꝛ secundum hoc, nō posset agere, z litem
contestari, cuius ☞ium dicit ter. Item secunda opinio Jo. non p
cedit, Dicit em̄, q p ro parte quesitū est dñium interim, nō est q ve
rum: qꝛ si hoc esset, heres insolidum vni soluere nō posset, cum iam
p ro parte sit factum alterius. z non posset auferre dominiuz eo in
uito, cōtra casum l. Titie. in fi. j. eo. z l. si res mihi. j. ti. ij. Dicenduz
est ergo, q dominium interiz nullius est ex legatarijs, nec in totuz
nec in parte: sed est heredis. Quod patet, qꝛ potest transferri in a
lium, vt diri. ¶Preterea consequit per cōtestationē legatarius ius
eligendi, vt hac l. sed in relicto alternatiue. non habet quis dñium
ante electionē. l. apud Aufidium. de optio. leg. sed interim quilibet
habet actionē personalē insolidum. casus est in l. duos. j. de vsufr.
lega. nec est inconueniens aliquod, quod actio personalis cōpetat
pluribus insolidum ad eandē rem. l. si is qui. de actio. z obl. z l. si ser
uus legatus. §. j. j. eo. z hac lege, z fiat exactio a quolibet insolidum,
per eum modū quo poterit: non q quilibet habeat rem insolidum
quod est impossibile, sed vnus rē, alius estimationem. vt hic dicit
ter. opi. ergo Jo. non est vera, quicquid Dy. dicat, z est legatus, pu
rum, z in eo nulla est conditio, prout videtis. ¶†Sed q̄ro preteri
3 cā huius legis, ille, qui vult preoccupare, z habet ius eligēdi, quid
petet? Resp. est cōsilium, q narret, quomodo legatum est factum
sibi, z alteri: z in cōclusiōe petat heredē cōdemnari ad illud quod
relictum est, nō exprimendo q petat condemnari ad rē, z post litē
conte. poterit eligere vtrum velit rem, vel estimationē, z hoc vult
hic ter. Si em̄ rem ex presse peteret, z super petione rei litem conte
staret, in ipsa contestatione eligeret, nec videret opus alia electio
ne. l. qm̄ dubitari. in fi. §. de her. inſti. ¶Postquam autem vnus ele
gerit, vel res sibi soluta fuerit, alius necesse habet directo petere
estimationem rei. d. l. si res. j. tit. ij. ¶Scias etiam, quod hic est que
dam gl. super ver. portione, que non dicit bene, sed melius dicit in
l. plane. in prin. vt statim videbitis.

ADDITIONES.

g AND. BAR. ¶Si pluribus. Dy. Ray. z Bal. dicunt quod per
hanc legē fuit inquisitum contra hereticum Marchianum. q po
stea venit Bononiā, z ibi steterit per decem annos, z vltra, z fuit in
quisitum per episcopum Bono. z fuit lata snia quod inquisitio in

Marchia prevalebit,z sic bona applicabunt ingsitori Marchia no.per hanc legē.Ang.vero dicit q debeat cōcordari pcessus,z bona sita Bononie applicent epo Bononiēsi,z sita i Marchia, applicabunt inquisitori Marchiano,z sita extra,applicent eccle sie alibi p no.in c.per hoc.de her.li.vi.ipse tñ submittit se opinioni cano.z bene fecit.z vide Jo.and.in nouel.in ca.per hoc.hic alleg.

b AND.BAR. ¶Dicitur hic.Et vide Lu.Ro.in consi.lxxvii.in cip.viso questionis themate,vbi per istum ter.cum gl.dicit q po test legatarius ad pias causas,agere contra heredem,vel execu torem,vide ibi.

c ¶Per citationē.Adde an per citationē nullam quis dicat pre occupasse.Ro.consi.cccxii.Et cū duo iudices inquirūt de eodē delicto,qualiter alter preoccupasse dicat,vide Bal.cōsi.xc.iii.lib.

d AND.BAR. ¶Dico ergo.Quod intellige qando officium est vniforme,nisi forte esset iudex maior,qz tunc pōt illam iurisdictio nem revocare.i.iudicium soluitur.ff.de iud.z vide ibi.Ang.

P.P AV.P.¶Vide Roma.singu.cxliii.incip.dico tibi aliquid.de cuius veritate vide que scripsi ad Bar.in l.si maritus,la secunda, in prin.ff.de adulte.Item quod dicitur hic de preoccupatione iu risdictionis vide Ro.omnino consi.cccxii.vbi limitat.z declarat in legato vsusfru.vide Ro.singu.dcclxvii.inci.ter.in l.plane.vide omnino Bal.in l.unica.§.vbi autem.col.i.C.de cad.tol.Aller.in l. huiusmodi.§.si Titio.j.eo.Item quod heres non faciat partem cum legatario,vide Ang.consi.ccxix.in ii.dubio.

LEX XXXIIII.

1 ☞Delegatus si commisit alicui incapaci vices suas, an pro pter hoc amiserit iurisdictionem.

Plane. Op.extra gl.§.er quib.cau. ma.l.ne vtilē. Sol.ibi in iure efficaciter quesito. q non potest ab aliquo auferri.nisi in alium transferat:hic in iure quod queri sperabat.Vel aliter.vt dicam j.prio ri. contrario.Op.§.de resc.ven.l.si id qs.So.hic loquit in his que ex mera nostra volūtate dependent,merito revocant,iz transfera tur in nō capacem.qz voluntas revocandi est:lex cōtraria loqui tur in his,que non dependēt ex mera voluntate nostra.Facit ad predicta q not.per Dy.in c.nō prestat impedimentū,z cap.vtile.

1 de reg.iur.lib.vi.Et ista induxit Dy.ad q.†q si delegat⁹ alicui nō capaci cōmisit vices suas,propter hoc non amisit iurisdictionem, qz non erat in sua mera potestate a se abdicare.vt ex predictis pa tet.Facit q no.in c.super questionū.in ver.trāsfert torā.de offi.de le.Ultimo vide gl.super verbo,potestate.Ista gl.verum dicit,z il la,que est in l.precedenti.verū non dicit,que est super verbo,por tione,secundū Dy.z omnes.hic fit finis pro hoc mane.

1 ☞Res,z estimatio,si legantur,debetur vtrunque.

2 Qñ apparet de numeratione per testes,z promissio de eadem quā titate per stipulationē,sed diuerso iure presumant diuersa debita.

§.Si eadem res. Si circa idē corpus multipli cetur a testatore legatū, nō de betur nisi semel:secus si a diuersis testatoribꝰ:Iz si circa quantita tē vel genꝰ.pluries debeā.si de volūtate testatoris processerit.h.d.

1 ¶†Querit Dy,circa primā partē.quid si vni legatur res,z esti matio rei,an debeat vtrūq;?Et dicit ipse arguēdo q non,j.de do. prele.l.ii.§.Meia.Bene dicit.arguēdo,non determinando:qz cō trariū est veritas.Casus est in l.si alii.in fi.ff.de vsuf.z l.fundū.Cor nelianū.de noua,z Dy.hoc determinat in c.bona fides. circa fi.de re.iur.li.vi.probatur ēt in l.mutu.§.j.j.ti.ii.¶Ad ver.sed si duorū. opp.gl.de l.nec vllam.§.pe.de pe.her.Rñ.Intelligo.qñ primo hic fuit cōsecutus estimationē.tunc poterit petere rē,secus si prius rē vt in gl.Ad ver.sed si non corpus.opp.de l.quinquaginta.ff.de pro

b ba.Sol.gl.optime.ibi in diuersis voluntatibus:hic in vna,no.ea.

2 Facit,q si apparet de numeratione per testes,z postea apparet promissio diuerso tempore,de eadem quantitate per stipulationē, q diuersa debita presumantur,quod dic,vt in l.cum centum,de ad di.leg.z dixi in l.triticum.de ver.obl.Item quid iuris,si diuerse es sent quantitates,vt dictis legibus dixi: tamen ad tollendas istas dubitationes consueuit apponi hec clausula in instrumentis,com putata in hac promissione omni alia numeratione,promissiōe, vel confessione,que de dicto debito apparet.

ADDITIONES.

a AND.BAR. ¶Querit Dy.Et forte iste ter.facit pro Dy.Haz si res sepius legatur,nō debeā nisi semel,ēt si testator voluisset mul tiplicare.Sed certū est q non potest multiplicare, nisi in re,z esti matiōe,ergo.&c.Iz potes saluare bar.q aliud est qñ eadē res legat plurib⁹,ñā ab ipso initio legat res,z eius estimatio, secus qñ vni. Vide pro opi.Bar.gl.in l.Licinus Locusta.z ibi Bal.j.ti.j.

b ¶Voluntatibus. Adde quando eadem summa legatur pluries vno vel diuersis testamentis,an pluries debeatur vltra Aler.bal. consi.cccxxxiii.ii.lib.z consi.ccl.iiij.lib.

1 ☞Res legata si res efficitur mea habeo electionem petendi rē vel estimationem.

2 Heres non soluit pretium,per quod emi rem mihi legatā,sed pretium congruum.

§.Quod si rem. Si res legata efficit mea extra valet legatum,quatenus per rius in l.non amplius,in prin.ff.eo.Opp.extra gl.C.eo.l.propo in fi.z j.eo.l.cetera.§.j.So.res que est mea tempore legati fa facti.nō est mea,legatū valet,z tunc si mea postea efficitur re

1 nerosa,legatū non extinguitur.vt hic.¶†Quero extra gl.si res effecta mea,qd petant in libello.an rē,an estimationē,que mi est:Videtur q estimationē,vt hic dicit in ter.Cōtrariū,q de peti res,sed estimatio sit in solutione.probari videtur per l.i num.in fi.de ver.ob.quod tenet gl.Inst.eo.§.si res,z idem vi tenere in l.cum rem alienā.C.eo.in ij.gl.Ego dico,q legatari bet electionē petendi rem vel estimationem.l.si filio fa.j.§.i. §.j.de dona.causa mor.que leges hoc probant.Et per hoc co dant gl.predicte cum legibus z gl.que innuūt pretium pete vt hic.z l.si res mihi.j.ti.ii.z j.eo.l.sed si res,z gl.§.ad legē Fa do.Ad l.si seruum.in fi.de ver.ob.resp.in predictis legibus

2 can.mor.¶†Quero quid si quis rem sibi legatam emit ma tior:Resp.heres non tenebitur,nisi ad pretium congruum.l. cubinam.§.fi.z l.non dubium.j.ti.ij.

1 ☞Coniūctio dicitur inter legatarios eiusdē rei a pupillo subsstituto.

2 Institutus si vnus est pure,z alius sub conditione,an institu pure habebit totum.

§.Si coniunctim. Coniunctus in casu quoquo modo cōsti gatū.vel sperabat.facit q sistere parrē ipsius.h.d.Op.q nō a tur ad partē nec admitti sperat.nō facit partē.l.si duobus in fi e.z j.pr.§.Dy.in distinctiōe.& hic ponit dicit q in cōtrario legat tū est inutile ex persona legatarii:hic mista cōsideratiē legatari q erat seruus propius.Ista sol.ponit diuersitatē cū no.eius. Dic ergo.q legatum ibi nullo mō valebat in pson legatarii, nō facit partē hic in persona serui,Iz nō valeat fm regulā,nā ratio detur:tamē valet fm equitatē.fm quā heredes debent seruā. quidā.§.illo.C.de necessēr.he.instī.Ita sentit gl.hic.z ratiē Dy. teriam istā,licet Dy.ponat hic.dicā in l.huiusmodi,§.fi.C.eo. vbi gl.ponit.¶Op.ad sēdam partē extra gl.si eadē res legatur testamētis diuersorum,legatarii nō dicūtur cōiuncti.nec facit bi partē inuicē.l.si sub cōditione,quib.mod.vsusf.amit.z arg.i l.j.Sol.hic nō sunt testamēta penitus diuersorū.qz quo ad ta.patris,z filij vnū est testamentū.l.patris.z filii de vul.z pu rime quo ad coarcervationē legatorū.l.in ratione.§.quod vi j.ad l.fal.¶Sedo op.q quādo relinquitur a diuersis heredi nē dicūtur cōiuncti.nec partē inuicem facūt.l.pe.z ibi virt cresc.z Lquid ergo.§.si quis duos.j.eo.Resp.illud verum.qu relinquitur a diuersis heredibꝰ succedentibus in diuersis pe nibus:hic qñ relinquitur ab instituto,z ab eius substituto.qu

1 bētur loco vnius.¶Not.ertam hunc casum.†q inter legatar eiusdē rei a pupillo,z eius substituto dicit esse cōiunctio.ita f ciūt sibi partes.¶Quero,vtrū interim legatarij habeant tot partē:Jo.dicit,partē suā tm.Alzo z Hug.dicūt,q totū.Ista est ista diuersitas propter questionē no.in l.ij.si pars her.pe.p statim dicā in proposito:tamē puto Jo.verius dicere.Primo ter.huiꝰ legis,q ōt Iz si.que innuit diuersitatē in facto.idem iure.l.ij.z ibi no.§.ne qs cū q in ius voca.z l.Iz si legetur pro her.Sed si habetis in litera,sed si sine,z tūc nō faceret pro

2 pro eo est casus in l.si domino,j.e.¶†Venio ad q.quam la her.pe.Si vnus est institutus pure,alius sub cōditione,vtru terim institutus pure habebit totū,vel partem.Ba.argua z contra,z ponit opi.z determinat,Aut sunt cōiuncti re libet res assignata est insolidum,z interim institutus pure hab bit totū.Aut sunt cōiuncti verbis,z interim ēt habebit part dicit ibi gl.z sic itelligo ar.pro,z cōtra.Hāc q.tangit gl.in Lau ita scripserit.§.de he.instī.z ibi Dy,videtur tenere opi.Ba etiā in l.filiū.in prīc.j.quādo dī.leg.ce.tāgitur etiā in Lau §.resp.j.eo.Dicas sic.Aut loqueris in hereditate.aut in missō vniuersali.aut in legato singulari.Primo casu,si ris,vtrū institutus habeat interim totū vel partē.ten nem gl.in d.li.nō tñ dico,q eo casu,quo interim tot in totū interim,qz si semel esset heres,non posset de res.l.ei.qui solūendo.in fin.§.de her.inst.z Dy.tangit in ita scripserit:sed dico,q an sit heres in totum vel non pen turo euentu:quia si deficiat conditio cohēdis in totum fuit heres cum nunquam sibi aliquid decreuerit:sed si certa ditio, non fu.t retro heres nisi pro parte sua. Hec mirentis fi rim in totum admittitur, licet sit dubium, quia z alter

pleno admitteretur filius pro quarta parte, licet possibile sit sepe nasci, & euentus declarabit inquantum retro fuit heres, l. anti qui. & l. illud. si pars hered. petat. & l. cum quidã. §. suũ. de acquirẽ. hered. licet gl. in dicta l. ij. innuat eum in totum heredem: sed intelligẽdum est, totum retinebit, tanquam si in totum esset heres. Si vero loquitur in fideicommisso viuiuersali, sic relicto vni pure, alteri sub conditione, distinguo: Aut heres adiuit coactus, & distingue colligitur ex ter. & gl. ꝛ in l. i. §. sed & quoties. j. ad Trebel. Aut adiuit sponte, & est idem q̃ in legato: in quo dic, aut loquitur in legato proprietatis, & interim habet partem suam tantum, etiam si sunt re tãtũ cõiuncti, vt hic. & l. si dño. j. e. & j. e. l. quid ergo. ij. resp. & ibi tangitur. Ratio diuersitatis est, q̃ in hereditate nõ est alius qui interim retineat, & ad quem pertineat: ideo heres, cui relictũ est totum, interim retinet totum, vt s. dixi: sed in legato est qui interim retineat, vt heres. Si vero loquit̃ in legato vsusfructus, tũc apud eum, cui relictus est pure, interim totũ erit, l. idem. §. si mihi. s. de vsufru. accresc. Ratio diuersitatis est, q̃ res legata, & eius proprietas est eodẽ modo, que erit tempore existentis, vel deficiẽtis conditionis: & ideo cũ ea sit spes, q̃ alius admittatur, interim facit partẽ sed vsusfruct⁹, qui est in illo medio, donec conditio pendet, nõ est idem cum eo qui erit post conditionem existentem, vel vel defectã: q̃ vsusfructus quotidie constituitur, & finitur. l. j. in fi. de vsufr. accre. Facit l. si vsusfructus mihi in biennũ. de vsufr. leg. merito cum ad illum vsumfructum nõ speretur q̃ alius admittatur, interim vsufructuarius habet totũ. Idem si vni esset legatus fundus pure. alij vsusfructus sub cõditione, vel ecõuerso, q̃ ille, cui legatus est pure, totum habebit interim, eadem ratione, l. j. §. si decem. j. vt leg. no. ca. Cõtra prædictam distin. facit l. hæc scriptura. in fi. de condi. & demon. vbi videtur idem in hereditate, & legato. Sed respon. vt ibi diri.

☞ Erheredatus an computetur in numero filiorum, & sic an faciat partem in legitima.

§. Si duobus. Heres. idemq̃ legatarius, ab initio non facit partẽ collegatario: secus si collegatarius per personam mediã heres fiat. h. d. Primũ & tertium responsum debet iungi simul secundũ gl. ☞ Op. de princ. ad ver. plane. So. in prin. ab initio legatum nullo modo consistit, in fi. legatum ab initio consistit in iure actionis, & adhuc durat iure retentionis. Dices tu. Nonne in pri. potest dicere heres, ego habeo ius retentionis? Dicunt quidam, vt Pe., istud ius retentionis non est vetustius legato, nec vnquã habuit ius actionis secũ. Sed si esset vetustius. tunc partẽ faceret, l. huiusmodi. §. si Titio. j. e. Idem si ab initio habuit ius actionis, vt in versi. plane. q̃ qualiter procedat dicam in d. §. si Titio. Aduerte tamẽ, q̃ ista l. intelligo, quando testator reliquit eandem rem heredi, & legatario, coniunctim re: vel re, & verbis, ita q̃ inter eos est locus iuri nõ decrescendi. l. re cõiuncti. vt ibi not. j. de lega. ij. Sz si essent cõiuncti verbis tantum. ita q̃ testator partes assignasset, tunc legatarius non posset petere nisi partem suam, aliam potest heres retinere, vt j. ea. l. §. fi. expressius in l. Lucius. in princ. j. ad treb. Jus ergo heredis non facit, q̃ legatario decrescat, sed pmittit, & facit q̃ nõ accrescat, vt d. legibus & ita intelligo istam materiã. Dy.[a] inducit istam materiam † ad q. quid si erant quinq̃ filij, quorum vnus est erheredatus, [b] vtrum alij habebunt legitimam, tanquam si essent quatuor, non computato erheredato, an erheredatus computabitur, qui non facit partem? Ista esset repetitio multum longa, quã ego posui in l. j. §. pe. de 2 tratab. in his qui priuant a lege, & in his q̃ priuant a testatore. Diri i. l. j. §. fi. pater. j. de cõmun. cũ emã. li. Verba Dy. examinauit in repe. l. pater filium. de inoffi. testam.

ADDITIONES.

P. PAV. P. ☞ Dy. inducit. Quid autem si sit exclusus a statuto, vide Lomen. cõs. xxxv. per totũ. Anto. late. & subtiliter cons. xxxix. per totum. Adde Bar. in l. j. §. j. ff. de bon. pos. contra tab.

☞ Erheredatus. Adde vltra alle. an qui non admittitur ad petendum legitimam, facit filijs p̃ rata portionem partem, Ang. cõsi. cv. Et an pertineat portio talis ad fratres per ius accrescendi, vide Bal. cons. ccviij. j. lib. Et an in legitima habeat locum ius accrescendi per eundem cons. xcix. v. lib.

§. Inde dicitur. heredes admittuntur pro hereditarijs portionibus. h. d. secũdum primam lec. Vel aliter. Si heredes grauantur inuicẽ præstare corpus hereditarium, quilibet capiet pro hereditaria portione alterius. h. d. secundum aliam lec. Op. §. prori. §. si duobus. Sol. hic. non reliquit alicui a seipso, sed a coherede, vel collegatario. Opp. j. de sta. lib. i. ita. §. j. Dic q̃ ibi propria nomina fuerunt expressa. hic non.

§. Si ita. [a] In alternatiua si referuntur ꝑba executiua ad legatarium, eius erit electio. h. d. Hoc declaratur in l. Lucio. §. tit. j. Ad illud quod hic dicit, quod duo legata sunt, Op. de l. si ex toto. §. si ita. s. e. Sol. vt ibi.

ADDITIO.

a POMA. ☞ Si ita. Que vtilitas sit quod possit eligi solus vsusfructus, vide Pau. de Cast. & Are. hic. vide etiam Bald. in auth. hoc locum. C. si mulier secun. nup.

§. Sed & si quis. Pars fundi dicitur fundus, si de mẽte legantis apparet. h. d. Vides his, quod aliam partẽ retinebit heres, quia testator partem expressit assignauit. facit quod diri s. ead. l. §. si duobus.

LEX XXXV.

Si alienum. Interitu speciei sine culpa heres liberatur. h. d.

LEX XXXVI.

1 ☞ Excipiens obscure succumbit.
2 Negatiua probatur per inspectionem scripture.

Si tres tertores. Si duobus diuerse species seruorũ legantur, serui. qui
a participant[a] de vtraq̃, debẽtur: siue fuerunt excepti obscure siue non excepti. h. d. Diuide. Primo legauit, & legando excepit obscure. Secundo legauit, & nihil excepit. Tertio legauit, & excepit clare. Secunda ibi. hoc enim. Tertia ibi. quod si hoc. Et pone casum, quod testator habebat in patrimonio quosdã ỹnas, & non tertores: quosdã ỹnas, & tertores, lz glo. aliter legat, & non
b bene, vt statim dicã. Ho.[b] ex hac l. quod excipere obscure. & nõ ex-
c cipere, paria sunt. Unde † qui proponit exceptionẽ obscure, & succumbit in ea. l. scire oportet. §. scire. de ercu. tu. l. j. §. labeo. j. de stu-
1 mi. diri plene in l. j de exce. ☞ Secundo no.[d] † quod quãdoq̃ ne-
2 gatiua põt probari ex inspectione scripture, si nego alij esse legatum, apparet ex inspectione instrumẽti, vt hic, & l. fi. C. de re. cre. Facit q̃ probetur aliquẽ non esse allibratũ in ciuitate, si non reperitur in libro librer: vel non soluisse collectã, si non reperitur in libro soluẽtium. Op. & l. seruis vbanis. §. fi. j. tit. ij. Dicit gl. solue vt ibi. Tu dic. q̃ ibi legauit vni genus, alteri speciẽ erãt aũt oẽs ỹne, & illud erat genus, lz quidã ex his esset tertores, vñ species derogat generi: hic autẽ non erant oẽs ỹne. nec oẽs tertores, sz quidam ỹne tantum, quidam tertores tantum, quidã ỹne, & tertores, & sic habeant se vt species differẽtes: merito fit diuisio, vt ponitur hic, & in dic. l. seruis vbanis. §. fi. ideo gl. que hic dicit, q̃ oẽs erant tertores, nõ dicit bene, secundum Dyn. & alios, q. contra, d. l. seruis. ☞ Oppo. de l. si seruo manumisso. j. de pecu. leg. Sol. vt ibi, cetera dic vt in glo.

ADDITIONES.

a ☞ Participant. Adde vltra Alex. qñ sub simplicibus contineat casus mistus. Ang cõsi. cxcviij. & cclvj. & in quantũ tangit de legato facto filio studẽti de libris, &c. vide q̃ consuluit Bal. cõs. cij. j. li. & inquantũ tãgit si sit vnus spãlis iudex in causis pupillorũ, & alij in causis non transcendentibus decem libras, & contingat q̃ pupillus habeat causam, & libr arum quis cognoscet, vide q̃ in alia questio. cõsuluit Ro. de filia mercatoris. que ratione administrate tutele conueniebatur coram iudice mercantie, qui in alijs causis cognitionem non habebat, tamen q̃ ex longa consuetudine cognoscebat de alijs causis, respondit q̃ cognoscere poterat de causa tutele, vt eius consi. ccc. patet.

b POMA. ☞ Ho. ex hac l. Vide Ang. in consi. incip. Porrecta fuit petitio & consi. ccviij. inci. factum tale est. Rap. Cu. consi. lxiij. Feli. in proemio. decret. in j. col. & in c. tertio loco. in j. col. de probat. & in simi. in c. cũ clamor. in prin. e. ti. Cep. consi. vj. Fely. in c. auditis. de prescrip. Barba. consi. viij. in j. vol. & consi. xxv. & eod. vo. & consi. xxiij. eod. vol. & in consi. lvj. in ij. vo. Roma. consi. ccc xxj. in fi. & consi. ccxxvj. Imo. consi. cxij.

c ☞ Obscure. Adde Bar. in l. j. C. de cõd. ob causam. & Cep. in tract. de simu. contractuũ. in xvj. presumptiõe. adde tamen q̃ exceptio. obscura, si est facti. potest declarari, secus si est iuris. Ita Bal. in l. fi. circa prin. C. de fideicõ. & Cep. vbi s. & vide Are. in c. tertio loco extra de proba. & Bar. in l. j. §. Labeo. & ibi no. de flumi.

d POMA. ☞ Secundo no. Hũc eundem modum probãdi negatiuam ponit Bal. in l. fi. hic alle. per illũ ter. C. de reb. cred. & in l. istũ. C. de eden. & ibi pulchre Bal. in l. j. ad fin. C. de bo. poss. secundũ ta. & ter. in l. pen. cum glos. in ver. nihil debeatur. ff. de confes. & in l. j. in ver. nihil integrũ. C. de ca. fru. vb. lib. xj. & in l. cũ testamento. in fin. in l. debitor ex rationibus. C. de ma. test. & Bal. in l. hi qui ad ciuilia. C. de ap. Bar. in l. ij. in fi. post gl. C. de aduo. di. iu. vide etiam gl. in l. eos. C. de off. ma. mi. Alex. consi. lvj. in iij. vo. & cõsi. liij. alias lix. in vlt. co. in iij. vo. in consi. cxxij. in j. co. in iij. vo. & cõsi. se Prepo. in c. si quis nesciat. in prin. xj. dist. Fed. consi. cxix. ad fi. Pau. de cast. in auth. si qs in aliquo. in vl. col. C. de eden. Rap. Ful. cõsi. cuij. alias. xiij. Pau. de Ca. consi. ij. in prin. aliquid per Fel. in c. illud. versi. ij. de præsum. Bal. consi. lxxx. & consi. xlv. Barb. consi. vij. vol. j. & consi. vij. in j. col. eod. vol. Andr. de pra. veteri in consilijs Barb. ad fi. in j. vol. Rom. consi. cc xlv. ad finem.

1 ☞ Differentia que sit inter ℣.℣ cum,
a b **℣. Nihil** [a]Inter ℣.℣ cū. [b]non est differentia, quando ponuntur inter personas. ℏ.d. Dp.de l.j.℣ ij.de pecul, leg.℣ de fun.infer.l.si cui. Sol.in† conuingendo nō est differentia.qz quelibet cōiungit.vt hic.℣ l.triplici.j.de ℞b.sign. In modo conuingendi est differentia.qz aut ponitur inter personas.quarū natura est ꝙ vna alteri non accedat l.iustissime.de edi.edi.℣ tunc inter ℣.℣ cum nulla est differentia.vt hic. Aut apponit inter res, quarum natura est ꝙ vna alteri accedat.℣ tunc est differentia:qz ℣ coniungit principaliter:cū accessorie.d.l.i.℣ ij.℣ d.l. si cui.qō no, in l.at si ancilla.j.de pe.le.℣ quod no. Instit.eod.℣.si quis ancillas, ℣ no. Et in l.fundo.C.de ver.sig.℣ per ℣y, in cap.accessorium.extra de reg.iur.lib.vi.

ADDITIONES.

a P.PAV.P. Nihil. Vide Com.consi.xl.incip.cuidā filio.col.vl,
b Et.℣ cum. Adde quod voluit Pet.de Anc.cons.ccc.xl.incipie, them.proposi,

℣. Si alteri Si quantitas debetur respectu speciei perempta specie debitor liberatur.ℏ.d. Dp.solutiōe facta vni.alteri debetur estimatio.l. si res mihi.j. ti.ij.ergo interitu non liberatur.l.incendium.C.si cert.pet.℣ l.in ratione.ij.℣.certe.j.ad l.fal Sol.dicit Dyn.℣ Jac.de Are.hic non tenebat ad quantitatem precise, sed ad quantitatem, si speciem nō daret.ideo perempta specie liberatur.l.si ad libertatem. de nora. Ad idem.l.si is qui de act.℣ obl. Vel dic.ꝙ hec quantitas debetur respectu certe speciei.merito perempta specie liberatur.l.quidam.℣.si tibi.j.eo.℣ l.in naue Sauseli.ś.loca.

LEX XXXVII.

1 ☞ Legatum factum in genere,quomodo valeat.
Genus qualiter assimatur.
2 Legatum quando in genere est factum.℣ valet, cuius sit electio, an legatarij,an heredis,
3 Electio rei legate in genere si competat legatario vel heredi, an possit libere eligere quem vult,
4 Electio rei legate.per testatorem.qui de certa sensit:etiam si non sit in patrimonio testatoris,spectat ad heredem.

Legato generaliter In legato generis electio est legatarij, vt mediocre eligat:sed si testator sensit de certo.℣ appareat.illud vendicabitur:alias si non constat, declaratio, seu electio est heredis.ℏ.d. Ex declaratione huius legis videndum est primo.an valeat relictum legatum in genere.Secundo si valet.cuius est electio, Tertio,an ille cuius est electio, possit eligere quem vult libere. † Ad primum assumam gl. ibi vbi incipit distinguere,aut est genus generalissimum.&c. Et pro euidentia huius gl.habes scire arborem Porphyri, Appellat enim hec gl.genus generalissimum, illud quod supra se non habet aliquod predicabile,vt substātia.siue res. Genus subalternum appellat, ea que continentur sub illo:tamen predicatur de pluribus differentibus speciē.vt corpus,animal.℣similia.Quoddam est genus inferius,℣ illud appellat gl, quod predicatur de pluribus differētibus numero.ꝙ apud Logicos dicitur species. vt homo. equs, ℣ similia, Aut ergo relinquit in genere generalissimo, vel genere subalterno.vt animal.℣ nō valet:qz dando nusquā liberatur. Aut relinquitur in genere inferiori.℣ dic vt in glo.℣ idem not.in l.cum post.℣.gener.de iure do. Dixi plene in l.ita stipulatus.in princ.de verb.ob. circa cōtraria prime partis. † Circa secundū,quis habeat electionem.fuit opin.inter Ro.℣ Bul.postea Joā.distinguit cuius distinctionē tenet gl.hic.℣ Justi.e.℣.si generaliter.℣.l.heredes.℣.si incerto.℣.familia ercis. Examinemus, qui testator relinquit illud i genere:ꝙ habet certos fines a natura.vt hominē.vel bouem:aut relinquit ista in suo patrimonio.℣ eligat legatarius.vt hic.℣ d.℣.ff generaliter.d.℣.si incerto.℣ d.℣.gene.℣ l. si seruus.℣.cū homo, j.e. Ratio,qz legando genus, videt trāsferre electionē in legatarium.l.si quis a filio.℣.si quis plures.ś.eo.℣ ibi no.in gl. Hoc enim videtur voluisse,vt eligeret vnum ex seruis, quos habebat in patrimonio.Et est ratio, nam cum pro legato competāt plures actiones,sit electio legatarij.l.cū filius.℣.varijs.j.tit.j.si auferes legatario electionem rerū,auferres ei electionem actionum, quod ius nō patitur.l.iij.℣.2 generaliter diffinit Scevola.ś.de eo quod cert.loco.℣ istā rationē ponit ter,in l.si seruus. ℣.cū homo, j.eodem.Aut testator non relinquit in patrimonio seruos vel boues.℣ tunc dicit gl.est electio heredis.l.iij.in prin.℣.l.iij.de vino ℣ oleo leg.Sed dicit Dyn.ꝙ ille leges nō faciunt. qz loquuntur in quantitatibus,in quibus.licet sit in genere debitum,tamē est electio debitoris,℣ potest minimum soluere.l.nummis.j.ti.ij.℣.l.si fideiussor.ś.man.℣.l.qui concubinā.℣.j.j.titulo. ij. Sed adduci pōt j.e.l.huiusmodi.℣.si cui homo.ita dicit Dy. Videamus rationem quare nūc electio est heredis.in precedenti casu legatarij. Ratio, qz qū testator nō hz seruos in patrimonio, non videtur reliquisse legatario optionē.qz res aliena legata pōt oparī, vt no.in l.quidam.ś.e. Ite nō hz legatarius electionē actionū, qz non competere rei vendicatio pro re aliena, ℣ solū actio personalis. Et sic cessant rationes predicte. Sed in quo dicit grauat? heredem.vel dare,merito est eius electio. videatur cū grauat? in quantitate.℣ ideo benefaciūt leges alle.per gl. Ite predicta nisi verba executiua legati dirigerentur ad aliquē, tūc illius esset electio. Quid cū in primo casu si diuisset testator, heres mihi dato vnū ex seruis meis.vel in secundo diuisset,ꝙ legatarius eligat sibi vnum bouē. Certe illius esset electio l.plane. ℣.pen. ℣ quod no.in l.Lucio.j.tit.j.℣ videtur expressum, j.tit.ij.qui etiā binā. ℣.j. Et predicta vera, vbi testator legauit incertū de certo. Si aūt legauit incertum de certis, distingue. Aut sensit de certo aut nō, vt hic in gl. Rationē vidistis in l.si quis a filio.℣.si quis plures.ś.e. Alia quantum ad propositū dic vt in glo. † Ad tertium quero, an ille cui cōperit electio, poterit eligere libere quē vult. Dic vt in gl.hic,in prin.℣ per Dy.in c.obseuris.de regiur.lib. Predicta omnia videntur destrui per l.si ita sit ascriptum.ff. nulli datur electio,sed quod minimū est videtur relictum. Resp. in predictis,vbicunqz datur electio heredi predicta ler nō dicit,cum presumptio est,vt eligat minimū.vt j.eo.l. apud Julianum.alias.l.idem Julianus.℣.scio. Sed cōtradicit casus, vbi testator relinquit vnum de certis, vel incertis, adeo qꝙ electio intelligi translata in legatariū: sed in l.si ita sit ascripti, vere dicit, fuerūt cōpositā.qz nullo modo pōt intelligi relicta optio: quia debetur quod est minimū. † Quere gl. quando testator noluit sensit,vtrum legatū valeat de rigore, vel de equitate, Et videtur dicere,qꝙ de equitate valeat,de rigore secus,duo sunt Jura.ff. sta.tut, Tu die vt in l.si a filio,℣.si quis plures,ś.eo. Item si testator non habeat aliquem fundum,℣ legando sensit de certo cuius erit electio? Dicit gl.qꝙ erit legatarij,vt in seruis dict. Sed certe tunc est electio heredis,etiam in seruis, quando nullum in patrimonio. Ita probatur per finem huius legis.vbi Dy. ℣ Pet.qꝙ vbicunqz de certo sensit,electio est heredis.Non habetis alia,sed signa istam gl.vt magistram in hoc ritu.

LEX XXXVIII.

Legatarius Actio ꝙ legato datur inter heredes,℣ ideo pōt mus agno scere, alter repudiare, ℣ defuncto non posse. hoc vi. Dp.de l.cui fundus.in fi.de condi.℣ demonstr. Solū dicit quod habes intellectum,vide eam. Dic ergo, ibi in eo quod dicit causa conditiōis implende,que conditio inter heredes non contenditur per l.xij. tab.hic vera loquitur in legato.pro quo competebat actio,que inter heredes diuiditur. l.j. C.si cert.pet.l. pro hereditarijs.de here.act. Dp.ff.j.de verbo.obl.l.ij.℣.i.vbi pena heredis nō dzvariari cōditio obligatiōis. Sol.vult no. hic, alio modo ibi.℣ ibi plene declaro, ℣ Dic tamē breuiter. hic dicit, quod ibi in obligatione erat aliquod indiuiduum. to nō diuidit ur inter heredes, hic erat in obligatione diuisa

℣. Si legatum. Non dicitur legatum, et quo pudiatum.

LEX XXXIX.

a **Cum seruus.** [a]Seruum existētem in fugā re. heres debet suis sumptibus prosequi,℣ legatario quirūntur,scilicet opera,℣ sumptus.queritur ad quē pertinet
1 h.d. † Ad perquirendum seruum fugitiuum,vel absentem quirūntur,scilicet opera,℣ sumptus.queritur ad quē pertinet Et quod dico de seruo,intelligo idem de quacunqz re legata esset in loco longinquo. Sl.hic soleniter distinguit quatuor poza. Aut enim seruus, aut alia res legata erat absens tempore testamenti,℣ tunc ad heredem pertinet sumptus,℣ opera. ℣ si dubitet an res sit in rerū natura cauebit heres secundū huius l.℣ l.seruo legato.℣.fin.j.eo. Sed contra hoc videtur cū res.℣.j.℣ quod notatur ś.de iudi.l.quod legatur. vbi dare rem vbi est. Solutio,quando res est absens multum a quo,vel alias ignoratur,vnde in perquirendo eam requirgnus sumptus,tunc spectant sumptus ad heredem, vt hic.
b tio.qz si spectarent ad legatarium, nullum haberet commodum quod testator sensisse non videtur, [b]cum illud esset tēporti, vt hic. Sed si res esset absens non multum a longinqua res liberatur dando eam vbi est,vt lege contraria. sumptus in reducēdo fiat per legatariū. adhuc legatum net cū emolumēto. Hāc rationē,℣ differētiā text. facit. l.si res obligata.j.e. Secundum tempus est.quando res absens post testamentum ante mortem.tunc videtur gravalbor? per sone sit heredis in prosequendo, ꝙ tamen sumptus beat fieri per legatarium. Ratio,qz testator nō videtur heredem in sumptu,cum hoc non esset testatoris tēpus ti.l.si seruus legatus.in prin.j.eo. Tertium tēpus

& aditā hereditatē Et hec glo. distinguit, aut fuit culpa heredis, aut non, & bene. Sed ad vnum aduerte, q̄ si heres est in culpa. Nil. magna hic videtur dicere, q̄ petatur estimatio. gl. j. huius legis relata ad ter. immut, q̄ petatur ipse seruus. Quelibet pōt esse bona. Videtur enim q̄ si res non reperitur culpa heredis, si dicat se redditurum rem, debet statui modicum tempus ad reddēdum, alias in estimatione cōdemnabitur. ℞ Io hoc facit l. si constante. §. si vxor. 3. fol. mat. ¶ Quartum tempus est, quando post mortem res cepit esse absens ante aditam hereditatem. Dic vt in glo. In omnibus autem casibus in quibus dixi fieri sumptibus & opera heredis, potest intelligi hec lex.

ADDITIONES.

And. Barb. ¶ Cum seruus, & Vide Bart. in l. cum res. §. eod. ¶ Non videt. Adde secundū Pau. de Ca. quē sequitur Aler. hoc verum, cū testator fuit sciens, secus si ignorās q̄ res esset in longinquo. Jo. Frā. Ru. ¶ Adde q̄ Jas. tenet theoricā Bart. indistincte procedere, siue testator sciebat, siue ignorabat, quādo expensa in redimendo rem legatam. esset tāta q̄ totaliter extenuaret legatum, & illud redderet inutile, vt hic per eum.

LEX XL.

APud Julianum cum seruus.

§. Ut quis heredem. Verba † directa trahūtur ad fideicōmissum, si iure directo nō possunt valere. hoc dicit. Que est ratio, q; † qs non potest rogari, vt quem directo heredē faciat? Respon. q; auferret liberam testamenti factionem, vt no. in l. ex facto. in prin. in fra ad Trebel. quod est contra bonos mores.

☞ Non potest quis grauari vt filium suum emancipet, scilicet, actione ex testamento, sed iudicis officio, si agnouit legatum.

Patria potestas est res inestimabilis.

§. Secundum vulgarem. Non potest † qs grauari vt filium suum emancipet. hoc dicit. Op. de l. si cui legatum. ĵ. de condi. z demon. Dic quod iure actionis ex testamento, non potest quis cogi emancipare, vt hic: sed si pater agnouit relictū factum sibi. potest cogi iudicis officio, vt in lege contraria, no. in l. cogi. ŝ. si pater. ĵ. ad Treb. Ro. ex hoc ter. quod patria potestas † est res inestimabilis.

§. Edes. Non possunt legari edes destruende. hoc dicit. De hoc plene in l. cetera. ŝ. ĵ. ŝ. eod.

§. Si fideicommissum. Legatum seruo, acquiritur ei, si liber reperitur tempore quo dies cedit.

§. Diui Seuerus. Fideicommissum vniuersale conditionale, nō potest ante conditionem restitui fideicommissario in potestate constituto, etiam si sunt plures fideicommissarij. Item ante diē quis non cogitur restituere. sed cauere, alias patitur missionē, z missio patris, vel domini potest prodesse seruo, vel filio. h. d. multū no. z magistraliter. Primo loquitur in fideicommisso conditionali. Secundo, in fideicommisso in diem. Secunda ibi ijdem principes. Principium ŝ. gl intelligit in cōditione emancipationis, vel in alia conditione extranea, z quelibet pōt esse bona. ¶ Op. de l. post mortem. C. de fideic. Hl. respondet. q; hic dilatio erat in fauorem filiorū. ibi in fauorē heredis, vt hic, in iij. gl. quā vide. Si habetis in ista gl. pater. vult dicere patruus. Sed si hoc esset verū, quare nō possunt isti filij renunciare fauori suo, cū ter. hic dicat, er volūtate eorū nō posse restitui, z cōtra l. nihil. p. proponi. ŝ. omnib⁹. ĵ. e. z cōtra. si quis in conscribendo. C. de pact. Unde gl. soluit aliter, q; hic erant plures fideicōmissarij, ibi vnus. Sed certe adhuc durat oppositio, q; omnes videnť posse renūciare iuri, seu fauori suo. Quare gl. soluit tertio modo, dicēs, dic q; ibi fideicommissū erat relictū in diem omnino extiturum, z sic non erat conditionale: hic sic. Idē tenet ĵ. ad Treb. l. sed z si alio. sed hec solutio non est vera, q; ibi i l. post mortē erat fideicōmissuz cōditiōale, q; poterat fideicōmissarⁱ⁹ decedere antequā decederet ille qui erat rogatus de restituendo, vt ibi patet in quadā parua glo. Dic ergo, q; intellectus d. l. post mortē, ponitur in l. sed z si ante. ĵ. ad Treb. in ter. mā ante diem, vel cōditionē, bene potest fieri restitutio, d. l. post mortē. nō tū q; actiones transferantur per Treb. q; nō fit restitutio secundū voluntatē defuncti, d. l. sed, z si ante. in ter. sed ad tuemente die, vel conditione, transferentur actiones per Treb. vt ibi; q; restitutio facta est ei, cui testator voluit, sed in ŝ. nostro, si restitutio fiat ante. tunc non trāseunt actiones, nec trāsibunt ad tuemente die, vel cōditione. q; nō est facta restitutio ei, cui testator voluit. Nam videtur restitui patri, cui queritur per filios, vel restituitur ei, qui forte nō erit tēpore existentis cōditionis in rerum natura. Hoc pbatur in l. si mulier. ŝ. er asse. de iure dotiū. vbi nō pōt fieri restitutio per Treb. pcuratori in rem suā, z ista pro cedūt clare, si intelligas filijs debere restitui sub cōditione emancipationis: sed si intelligis sub alia cōditione, tūc vtrum actiones trāseunt per Treb. adueniente conditione, penderet ex hoc, an ipsi sint sui iuris, z omnes illi, quibus facta est restitutio, viuant. ¶ Sed op. Iz actiones nō trāseant per Treb. nonne trāseunt ex virtute donationis. l. illā. z l. in donationib⁹. C. de dona. Resp. bene transirēt, nō tamē iste restituens haberet beneficiū Treb. vt esset tutus exceptione contra creditores sicuti vendens hereditatem, l. ij. C. de here. vel actio. ven. Item ille cui facta est restitutio, non habet ita perfecte er donatione, sicut ex Treb. l. iij. C. de noua. coniuncta l. facta. ŝ. secundo infra ad Trebell. z ibi dicam ¶ Item op. de l. z heredi. ŝ. pen. ŝ. de pac. vbi filius potest pacisci de non petendo illud, quod est sibi relictum sub conditione. Respon. fateor. sed hoc non est pactum de non petendo. sed est volūtas, q; sibi soluatur. per quam solutionem heres nō liberatur, q; nō fit, vt debet, vt hic dicitur. Ad fi. op. de l. acquiritur. in prin. de acqui. rerum domi. z Institut. per quas personas no. ac. per totū. vbi per filium vel seruum queritur patri, vel domino, nō ecōtra. Sol. hic est casus specialis. in quo sicuti ei potest queri legatum si tēpore quo cedit dies legati. erat sui iuris, ita potest per patrē vel dominum queri ei, q; ista stipulatio. vel missio, de qua loquitur hic. limitatur secundū naturam legati: q; etiam seruus isto casu posset pro se ipso sibūpsi stipulari facit l. j. ŭ. z iij. ĵ. vt leg. no. ca. Ultimo hic est quedam gl. super verbo. decesserit, que innuit qs fideicommissario mortuo, postquam dies fideicommissi cessit ante restitutionem, quod non transmittitur ad heredem. Simile no. in l. cum filio. in prin. ŝ. eod. sed ibi reprendi.

1 ☞ Existentia liberorum quando faciat deficere conditionem fideicommissi.

2 Exheredatus an habeatur pro mortuo quoad commodum alterius.

3 Decedens cum filio, qui est de ordine fratrum minorum, dicitur decedere sine liberis.

a **§. Cum quis rogatus.** [a]Quo ad cōditionis defectum sufficit extare liberos, licet non sint hr̄des. h. d. † Op. z videtur q; qui non sunt hr̄des, habentur pro mortuis. l. j. ŝ. si pater. ĵ. de comun. cum eman. l. Sol. quandoq; decedit quis cum liberis existētibus hr̄dibus, z non est dubium q; conditio deficit, l. j. C. de cōdi. inser.

b Quandoq; decedit quis cum liberis[b] institutis, z sic possunt esse hr̄des si volunt, z tunc idem. q; conditio deficit, etiam forte si nō adeant hereditatem, vt hic. Quādoq; quis decedit cum liberis, qui non possunt hr̄des esse si volunt. q; exheredati, tunc nō facit deficere conditionē, d. l. j. ŝ. si pater. ĵ. de comun. cum eman. li. Ita sentit gl. hic, quam no. q; filiorum causa videť apposita conditio, vt gl. dicit. Cōtrarium tenet gl. in l. ex facto. ŝ. fi. ĵ. ad Treb. z istud tenet Jac. de Are. per leges hic alleg. in prin. gl. Idē tenēt Pet. z Ly. in d. l. j. C. de cōdi. inser. assignat rationem, q; in conditionibus inspicimus merum factū. l. qui heredi. in princi. z l. Meuius. de cond. z demon. z ad l. j. ŝ. si pater. ĵ. de comun. cū eman. li. respon-

2 det, † q; habetur exheredatus pro mortuo quantū ad suum commodum. non autem quo ad commodū alterius. Sed certe in d. ŝ. si pater. habetur pro mortuo ad commodum alterius. scz. nepotum. qui admittūtur in totum cū alias non admitterētur nisi pro parte. Respon. glo. hic filij faciebant deficere fideicommissum, sicut defectus cuiuslibet conditionis adiecte. ideo non attēditur, si sint heredes, vel non, vt dictuz est, ibi filius excludebat nepotes a medietate, q; concurrebat cum eis. Ipso ergo excluso per exheredationem, non pōt concurrere: ideo nepotes habēt totū. Pre-

c dicta omnia sunt vera, [c]qū filius poterat succedere, sed excludit voluntate sua, vel voluntate testatoris, sed vbi excluditur a lege er alia causa, vt q; deportatus, tunc nō faceret conditionē defice re. l. ex facto. ŝ. ex facto. ĵ. ad Treb. z de contrata. l. j. in fi. z de bon.

3 lib. l. si necem. ŝ. si deportatus. † Et per hoc dico. q; si aliquis decedit cum filio, qui est de ordine fratrum minorum. qui non pōt habere, nec in proprio, nec in commun. q; dicitur decedere sine libe-

d ris, quod pono[d] in iij. lib. Moricarum.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Cum quis rogatus. An decisio huius ŝ. procedat in conditione si sine filijs decesserit, vide Socy. in repe. l. cū anus. z ff. de condi. z demonstra.

b ALEX. ¶ Cum liberis. Vide no. per Ang. z Imol. in l. Lucius. ŝ. de here. instit. z vide in d. l. ex facto. ŝ. fi.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Istud limitat hic singulariter Ro. vt non procedat in conditione subintellecta. quod dictum notat, licet non firmet. Vide. in l. centurio. ŝ. de vulga. z pupil.

c P. PAV. P. ¶ Sunt vera. Vide omnino Lomen. consi. cxxj. inc. Berardus per totum, maxime an fin.

d ALEX. ¶ Quod pono. Vide eum in l. iij. in fi. de bo. pos. cōtrata. z quod no. in l. j. ŝ. quidam filium. eod. titu.

1 ☞ Prohibitio alienationis simpler, continens fauorem persone prohibite solum, non valet.

2 Prohibitus alienare simpliciter cum erit perfecte etatis, non tenetur: impeditur tamen alienare per se, vel curatores, quando nō est etatis legitime.

3 Prohibitio alienationis facta legatario, continens fauorē alterius, videtur facta ipsius fauore. licet non sit expressum.

4 Alienari ratione affectionis, si res prohibetur tunc fauore ipsius censetur facta prohibitio.

Prohibitio simpler alienatiõis vasallorũ, dicitur facta cũ causa.
5 Prohibita re legata, simpliciter alienari, qñ prohibitio valeat.
6 Alienatio prohibita respectu certe persone, quãdo impediatur.
7 Alienatio prohibita odio certe persone, ea facta, heres defuncti admittitur ad revocandum.
8 Heres etiam de iure dignestorum tenetur vltra vires hr̃ditarias.
9 Alienatio quando est prohibita respectu certe persone, an detur remedium quod alienatio fieri possit.
10 Prohibita res alienari, potest alienari propter dotem vel donationem propter nuptias.
11 Statuto ciuitatis prohiberi potest, ne alienatio fiat in forensem, & valet statutum.
12 Statutum prohibens alienationem fieri in ecclesiam, non valet. Facta cõtra priuilegia ecclesie inducta per summos pontifices, & Imperatores, sunt contra libertatem ecclesie.
Ecclesia ex priuilegio, solo titulo absque traditione, acquirit dominium.
Priuilegio, quod ecclesia ex solo titulo acquirat dominium, non potest renunciari.
13 Prohibitio alienationis facta per legem, quid operetur.
14 Alienatio, & dominij translatio, quando possit per contractum prohiberi.
Casus, quibus dominij translatio prohiberi possit.
15 Dominij translatio non impeditur per sententiam arbitri prohibentis alienationem.
16 Preceptum iudicis impedit translationem dominij.
17 Prohibita alienatione, videtur prohibita heredis institutio.
18 Venditione prohibita, videtur prohibita omnis alienatio.
19 Donatione prohibita, an videantur prohiberi alij contractus.
20 Prohibitio de alienãdo facta filijs, an videatur facta nepotib⁹.
21 Prohibitione facta heredi, an comprehendatur heres heredis.
22 Prohibita res alienari vsucapitur, & prescribitur.
23 Preceptum iudicis nudum non valet, in his in quibus requiritur cause cognitio.

a **§. Diui.** a)Prohibitio alienationis facta sine causa, respectu certe persone non valet, alias valeret, nisi in preiudiciũ creditorũ. h.o. vsq; ad §. cũ pater. Primo, ponit dictũ, quãdo prohibitio est facta sine causa, & absq; respectu certe persone. Secundo, quando est facta respectu certe persone. Tertio, illud fin dictum limitat. Secunda ibi, q si liberis. Tertia ibi, sed hec neq;. Op. q hic sit mala grammatica, nam accusatiuus, eos, positus in prin. caret regimine, cõtra l. Plautius. de auro. & argẽ. leg. Sol. gl. & fatetur oppositum. Vel dic aliter, vt in gl. ¶ Opp. & intro primam gl, magnam. Nam semper reperitur persona, cuius contemplatione sit facta prohibitio, scilicet persona heredis, l. peto. ij. respon. j. ti. primo. Huius timore, hic §. legitur in prima gl. tribus modis. Primo, q hec prohibitio fuit facta heredi, qui solus erat. Unde non est alius, cuius interesset. argu. l. Mutiane. in fin. de condi. & demon. sed tunc obstat, q videtur dictum contemplatione venientiũ ab intestato, vt j. de cõdi. & demon. l. is, cui sub conditione. Sol. vt ibi. Secundo, & tertio modo legitur, q ista prohibitio fuit facta heredi, qui habebat coheredem, vel fuit facta legatario, & tunc obstat cõtrarium de d. l. peto. in prin. Sol. hic loquitur in phibitione alienationis, que continet fauorem persone prohibite. cui fauori, alienando põt renũciare: ibi dispositio cõti
1 nebat grauamen, & sic videtur factum gratia coheredũ † No. ergo q tunc est verum, q simpler prohibitio alienationis non valet,
b quãdo continet fauorem persone prohibite[b] solum: quod infra de clarabo per plura cõtraria. Op. extra gl. C. de vsucap. pro emp. l. ij. vbi non fuit respectu certe persone facta prohibitio, & tamẽ valet. Soln. gl. q ibi fuit facta prohibitio cum causa, hic sine causa, que sol. non est vera. Nam ibi causa respicit fauorem persone prohibite: vnde idem est iuris, sicut quãdo sine causa. vt j. de condi. &
2 demon. l. Titio centum. in prin. Dic ergo, q † ista simpler prohibitio non valet, vt prohibitus impediatur alienare, cum erit perfecte etatis: sed bene impeditur alienare per se, vel tutores, vel curatores suos, qñ non est etatis legitime, tunc enim illi fauori, alienãdo renunciari non potest, vt in contrario. Op. j. de adi. leg. l. iij. §. si quis ita. Sol. hic loquitur quãdo prohibitio respicit fauorẽ prohibiti tantum, ibi continet etiam fauorem alterius, scilicet heredis, quis lederetur alienatione facta, vt ibi dicit tex. ideo nõ põt
3 alienare in dannum alterius. † Et per hoc no. q semper cũ prohibitio est facta legatario, continet cõmodum alterius quam legatarij, scilicet. heredis, vel familie, que lederetur per alienationẽ, in eorũ fauorẽ videtur facta phibitio, licet nõ sit expressum. Hoc sentit gl. C. de fideic. l. quoties. prout loquitur de causa tacita, & Cyn. ibi clarius in exemplo quod ponit de turri. Op. j. de fideicõ. lib. l. generaliter. §. si petitũ. Sol. hic loquit quando est prohibita alienari res inanimata, ibi quando fuit prohibitus alienari seruus, & sic persona animata, cuius interest ne alienetur in nouum dom-
4 num peiorem: vnde si contra fieret, seruus erit liber. † No. ergo in ea cadit affectio, & interesse, ratione, seu fauore ipsius rei prohibite, videtur facta prohibitio. Unde si testator prohiberet alienari vasallos, licet simpliciter, & sine causa, phibitio valet. per l. eñ fauor vasallorum. Op. j. de condi. & demon. l. Titio centum. in prin. dicit gl. ibi apparet sol. Sed certe ibi nullam video rationem. Unde dicunt quidã, ibi prohibitio fuit facta contemplatione alumni minus industriosi, & sic respectu certe persone. Sed simpliciter. Hoc non valet, q tunc admitteretur ad revocandũ sic
5 alumnus, vt heres, vt ibi dixi. Dico igit sic, quãdoq; res † legata transit directo in legatarium, & tunc simpler prohibitio nõ valet, vt hic. Quandoq; non transit directo, sed de manu heredis, & hz necesse emere, & illi tradere. tunc, q; heres tradit sub illa condi-
tione, nõ potest alienari, sicut si tale pactum non alienando apponeretur in contractibus, l. ea lege. C. de cond. ob. cau. ¶ Op. j. de
manu. test. l. Stichus seruus. Sol. dico, q oẽs leges de hac mate-
6 ria loquentes, determinantur per illã. † Nã quando testator prohibuit alienari contẽplatione certe persone, aut est vsus fructus iunctiui, dicendo, & si alienauerit, deueniat in talem. & nõ imponitur alienatio. Tũc enim cũ perfecta est alienatio, & res in alia translata, vocatur per testatorẽ persona cuius cõtemplatione est prohibita alienatio, quod fieri nõ potest: sed si vteretur verbo indefiniti modi, vt si alienabis, deueniat i talẽ, tũc alienatio impeditiua loquitur hic, & gl. ita intelligit, dum glo. hic, in verb. nõ potest dicere, dixit. nã ita dixit testator. ne alienaret, de hoc j. dicam.
* te ad l. Stichus. potes dicere, q ibi nõ fuit prohibita alienatio,
* vt j. gl. dicit, vel si fuit prohibita, fuit tacite. * que tacita, prohibita alienationem nõ impẽdit, l. cum pater. §. libertis. & ibi notant gl. ver. ne id alienarent. j. de lega. ij. vnde si testator prohiberet alienare expresse, & si alienauerit. deueniat ad Titiũ. videtur prohibitio impediat alienationẽ. Qd̃ ã. diri, nõ prohiben alienationem, intellige id est, dominij trãslationem, sed ipsi fideicommissarij, cuius contẽplatione est facta phibitio. debetur estimatio. & ita lege. cum gl. de condi. ob cau. Contra predicta facit. l. Titius. §. instituto. & j. tit. ij. l. pater. §. quindecim. Sed vide
inspiciatur. ¶ Op. j. tit. j. l. codicillis. §. matre. Sol. vbi dicit
7 persona cuius cõtemplatione fuit facta prohibitio † fuit facta odio certe persone. hic fanore. Et in
fit in odium, admittitur ad reuocandum heres defuncti. Et
in dubio videt relata voluntas. l. cum ita legatum. de cõd. & demon. & ita intelligit Gui. in l. cũ ij. §. si vni. ã. de transac. & Cyn. & Bal. in
com. l. quoties. in additione quã fecit ex dictis Gui. Et in
vltimam particulam. pro cuius intellectu quero, cuius bona vendebãtur. & per cuius creditores. In gl. est tripler opi. Primo,
vendebãtur bona testatoris per creditores heredis. q repugnat
& bene. Alij econtra, q vendebãtur bona heredis per creditores
8 testatoris. Hanc † quidã damnant dicẽtes, q isto iure nõ testatur
heres vltra vires hereditatis. q est falsum, vt gl. dicit in l. fi.
de iure delibe. expressius de iure isto. ã. sol. mat. l. que dotis. Et
tas est q ista secũda lec. non est bona, q; prohibitio alienandi
si refertur ad bona heredis, nihil importat. vt j. qui. & a qui.
res seruũ propriũ. & l. si quis inquilinos. §. primo. ã. eo. l. Labeo.
dis seruus. Dic ergo, q hic vendebãtur bona heredis. scilicet
nũc sunt heredũ, & que quondam fuerunt testatoris. vẽdebãtur
per creditores testatoris. hec est tertia lec. & vera. posita a
¶ Sed op. qõ etiam alienatio facta per creditores. remanet
morte hr̃dis, vt j. tit. j. l. peto. §. predictũ. Sol. Ibi fuit facta mutatio
per creditores hr̃dis. & sic valet, donec vixit heres: hic per
tores testatoris. fm lectu. q̃ tenui. ideo perpetuo valet. Sed
neres, q per creditores hr̃dis. fm lect. primã. ã. posita qui
bani. tũc pecederet secunda sol. posita hic in gl. scilicet. q heres
ligatur secundũ illã.]Dio hoc j. de fideic. lib. l. cum fideicommissum. in fin. & quod ibi no. per gl. ¶ Sumus expeditos
9 bus gl. ¶ Circa materiã quero † vtrũ prohibitiõe facta respectu
* certe persone. * sit aliquod remedũ per q possit fieri alienatio.
Duo dant remedia:]Primũ, qõ heres. vel legatarius parati
dum vendicari, & se succumbere. l. iij. §. item queri. de rebus
Nam preiudicaret sententia talis. Sed certe si illa
geretur, nõ noceret ei. cuius cõtemplatione facta est prohibitio.
l. si seruus pluriũ. §. j. ã. e. Itẽ forsan nõ preiudicaret
c nisi ille fuisset citatus, & in concedendo. de aqua plu. arce.
de re iud. l. sepe. Dat aliud remediũ. & qõ primo facta
tionem in personã permissam, postea poterit alienare
vt j. ti. ij. l. pater. §. quindecim, & alio casu loquit, vt
terea, si diceretur q prima alienatio esset facta fictè.
10 ret. l. nuda. de cõtra. emp. & l. empto. de aqua plu. arce. Dubi-
ro, vtrum hic fundus respectu persone vel cause alienandi
d tus, possit alienari propter dotem. d vel donationẽ propter nup-
tias. Jaco. de Are. q sic, ar. l. mulier. §. cum proponeretur. l. fun-

,in princ. ad Trebel. & authen. res que. C. communia de lega. &
corpore * vnde sumitur. ¶ † Quero, an per statutum[c] ciuita-
s possit fieri prohibitio alienationis: pone, statutum est hic, qđ
n valet alienatio que fieret in non subiectũ. Hanc q.d. Old. dis-
tauit. & reducit eam ad duo dubia. Primo, vtrum hec prohibi-
o valeat respectu non subiectorum laicorum. vt fozensiũ. Et de-
rminauit, qđ valet. vt C. de contrahen. empt. l. dudum, & C. nõ li-
troco. ha. l. j. lib. xj. Do ter. quem ipse non allega. ff. de cõtrahẽ.
w. l. si in emptione. ff. j. ibi vel mores ciuitatis &c. † Secundum
bũ est, an valeat prohibitio respectu ecclesiarum, & monaste-
uũ. que non sunt subiecta: & determinauit quod statutum non
let. qz est contra libertatem ecclesie. ergo non valet. vt in auth.
ssa. C. de sac. san. eccl. Quod autem sit contra libertatem eccle-
. probatur. Ea que sunt contra priuilegia ecclesie inducta per
mmos pontifices, & Imperatores. sunt contra libertatem eccle
. vt no. per Inn. in c. nouerit. de sent. excom. & per Ly. in. d. auth.
ssa. diri plene. ff. quarum re. ac. non datur. l. prima. ff. que oneran
. Sed priuilegium est concessum ecclesie. vt possit emere. & ex eo
olo contractu sine traditione ei queratur dominum. l. fina. C. de
ac. san. ec. ergo statutum factum in cõtrarium nõ valet. & puto qđ
uic priuilegio non possit renunciari. qz est factum in fauorẽ pu-
blicum. ff. de pac. l. ius publicum. & l. nemo. ff. eo. & ibi diri. † Quid
autem operetur hec prohibitio legalis, declarauit de verb. obl. l. si
ita quis. ff. ea lege. dic vt ibi. ¶ † Quero an per contractum[s] pos-
it prohiberi alienatio? Certum est. qđ potest quantum ad hoc, qđ
i contra fiat. committatur obligatio ad interesse, vel penam, C.
e condict. ob cau. l. ea lege. de verb. ob. l. si ita quis. ff. ea lege. Sed
n possit prohiberi taliter. quod dominij translatio impediatur?
. quod nõ, nisi in libertate. vt no. in d. ff. ea lege. & in d. l. ea lege. C.
e cõd. ob. cau. & C. de re. alie. nõ alie. l. fi. Qđ dicit de libertate, ideo
ff. qz est irreuocabilis: vñ idem puto in quacũq; alienatione irre
ocabili. eadem ratione. Est alius casus, scilicet. quando quis pa
to apposito de non alienando. reseruauit sibi aliquod ius reale
re prohibita alienari. tũc impeditur dominij translatio. l. si cre
itor. ff. fi. ff. de dist. pig. prout est ibi in litera. nullam esse venditio
em. que est vera litera prout videri fecimus, cum de facto occur
eret in lib. Pandectarum Pisis. Pro hoc C. de iur. emphy. l. fi.
Et er hoc dico. quod si tradidi tibi rem sub pacto de non alienan
do. hoc pacto, qđ ipsa res mihi obligata remaneat. per hoc impe-
litur dominij translatio. d. l. si creditor. ff. fi. diri in d. ff. ea lege. A
iud remedium ad impediendam translationẽ domin. ponit Dy.
n. l. qui absenti. ff. j. de acqui. pos. Aliud ponit Odof. & Lyn. refert.
C. de re. alie. non alie. l. fi. scilicet, quod in pacto apponantur hec
verba, pmittis mihi non alienare. & si contingeret te ad aliquem
actum alienationis, & vẽditionis peruenire, tunc eo ipso res re-
uertatur ad me. in illũ casum cõstituis te meo nomine possidere,
tunc te incipiente alienare dominij ad me reuertit. ita qđ nõ põt
transire ad alium. Dico hoc remedij esse, nõ tũ est necessariũ qđ ita
exprimatur. si ad aliquem actum. &c. sed si dicatur, si alienabis, fa-
tis est. qz te incipiente alienare, dominij reuertit ad me. Casus est
notat. in d. l. cũ fidei heredis commissum. ff. fin. cum l. seq. de fideicõ
miss. lib. Sed si diceret, si alienaueris. secus esset: qz cõferret in tẽ
pus alienatiõis perfecte. l. Stichus seruus. de manu. test. Et hoc
modo intellige questionẽ, de proposita fienda per capitaneum qz
distingue an statutũ loquat per verbũ presentis tẽporis, vt si pro
ponat. vel per verba futuri subiunctiui. vt si proposuerit. ¶ Que
ro. an † per sententiam arbitri[b] prohibentis aliquam alienationem possit
impediri dominij translatio? Resp. non, qz arbitrium sumit vires
ex pacto. ideo non põt plus, quam pactum. l. non distinguemus.
ff. de officio. ff. de arbi. l. j. C. de arb. hoc tenet Inn. extra de testam.
c. Raynaldus. ¶ † Quero, an preceptum iudicis[t] impediat trãs-
lationem dominij? Inn. in d. c. Raynaldus. tenet qđ non, sed nihil
allegat. Ego puto contrarium. Casus est in l. si sciens. de cõtrahẽ.
empt. facit l. ouius. de peti. here. de manu. l. seruus hac lege. & de
iure fisci. apud Julianum. cũ si. ¶ † Quero, phibita alienatione,
an videatur phibita heredis institutio? & Bl. qđ sic, Dyn. tractat
in l. pater. ff. Jul. j. ti. ij. diri in l. si ita quis. ff. ea lege. de verb. obl. dic
vt ibi. * ¶ † Quero. phibita vẽditione, vtrũ videat prohibita om
nis alienatio? Bl. qđ sic. C. de vsucap. pro empt. l. ij. & ibi per Lyn.
& plenius ibidem per Bui. facit ad hoc C. de fideicommiss. l. volun
tas. ¶ † Quero prohibita donatione[l] vtrum aliũ contractus[m] vi
deantur prohibiti? Non ex animo, sed vide de hoc ter. in l. sicut. ff.
venditionis. & ff. seq. ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. Facit l. fina. & qđ
ibi diri. de preb. decu. C. li. x. & l. fin. de iure emphy. ¶ Querit Dy.
† prohibitione facta filiis, an videat facta nepotibus? Vide ter.
in d. auth. de rest. fideic. ff. nos igitur. ¶ Quero † vtrum prohibi
tione facta heredi, videatur facta heredi heredis.[n] Facit bene ad
hoc ter. in l. sicut. ff. pe. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. Et licet ibi lo-
quatur in permissione. idem tamen puto[o] in prohibitione, argu. ff.
priori. ff. & j. ti. ij. l. pater. ff. fundum. ¶ † Quero, vtrum res[p] prohi-
bita alienari si alienetur possit vsucapi? Bl. qđ non. C. de vsucap.[q]
pro empt. l. ij. sed Bul. ibi determinat illud esse verum. si prohibet
alienari res eius. qui nõ est perfecte etatis: secus si perfecte. Tũc
enim vsucapitur. vel prescribitur. C. cõmunia de leg. l. fin. ff. pen. &
l. qui heredi. ff. si pars. de condi. & demon. Item qz talis res potest
vendi consensu omnium. quorum interest. l. nihil. ff. omnibus. j. e. &
j. ti. j. l. cũ pater. ff. libertis. sed patiendo prescribi, videntur consen
tire. l. alienationis. de verb. sig. imo longe plus est pati prescribi. l.
longe. & ibi no. de diuer. & tempo. prescri. ¶ † Ultimo hec lex indu
citur, qđ sicut nudum preceptum testatoris non valet, ita nec nu-
dum preceptum iudicis. ita dicit Lyn. in l. quoties. C. de fideicom.
sed hec lex non facit, qz nudum preceptum testatoris non vale,
fauore eius cui precipitur. Preterea. inder. si in precepto adiicit
penam. fiscus illam penam capit. l. multctarum. C. de modo mulct.
& in feud. que sint rega. c. j. Dicendum est ergo qđ sunt quedam, in
quibus requiritur cause cognitio, & isto casu nudum preceptum,
nisi causa cognita non valet, vt C. commi. vel epi. per totum. Que
dam sunt, in quibus inder potest comminari sine cause cognitio-
ne. & tunc nudum preceptum valet, & intelligo nudum a cause co-
gnitione, licet ex aliqua causa appareat iudicem hoc facere, l. ius
alimentorum. ff. prius. vbi pu. edu. deb.

ADDITIONES.

a P. P A V. P. ¶ Diui. An alienans nulliter incidat in penam, vi-
de late. Fran. consi. xviij. vide circa materiam huius ff. Ang. consi.
vij. inci. in Dei nomine. & consil. cxxx. & consil. lxj. incip. testator. in
vlt. col. & consi. seq. inci. super puncto. & consi. ccvij.

b ¶ Prohibite. Adde Ange. consi. cxxxvij. & Paul. de Castr. consi.
cxxxiij. Old. consi. ccv. Et an si testator prohibeat alienari. nisi in
filios ipsius testatoris legitimos. & naturales, possit alienari in fi
lios filiorum ipsius testatoris legitimatos, per subsequens ma-
trimonium? vide Bal. consi. ccccxxxv.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Prohibita alienatio. Istud tenet gl. f.
in d. l. stichus. quam ad hoc pro singulari allegat Are. consi. xviij.
in i. dub. vbi in hanc inclinat, licet non se firmet.

* CLAV, DE SEISS. ¶ Respectu certe persone. Quid autem
si persone. quarum contemplatione est facta prohibitio non sint
in rerum natura tempore alienationis, an valebit alienatio, vide
per Bau. de Cast. consi. xvij.

c ¶ Citatus. Adde inquantũ Aleran. dicit. quod contrariũ tenet
Ang. Ra. & Jno. qz citari non debet ille qui habet ius in re ex
post facto. sicut in sententia lata contra institutum nõ est necessa-
ria citatio substituti. vel fideicõmissarij. De hoc vltimo vide Bal.
consi. cc. circa medium, libro primo.

d ¶ Propter dotẽ. Adde vt per Bau. de ca. consi. xiij. & xiiij. Ang.
consi. clxxx. Rom. consi. cclxvij.

* CLAV, DE SEISS. ¶ Corpore vnde sumitur. An autem ta-
lis prohibitio valeat quantum ad legitimam, vide Are. consi. xix.
& ibi tangit. an etiam valeat quo ad Trebellianicam: & in vtroq;
decidit qđ non. sed in vltimo videtur contrarium notari per Bal.
in auth. sed & in ea. C. ad leg. Falci.

e ¶ Per statutum. Adde respectu laicorum fozensium qđ cõsuluit
Bal. super statuto Placentie, consil. ccxcvij. plene per And. Sic.
consi. xiij. lib. iij. vbi dicit qđ Rich. de Sal. conuocato collegio do
cto. disputauit coram Principe, in tẽporali & spirituali valere sta
tutum Mediola. quo disponit. an valeat alienatio facta in nõ sub
ditum, nec ecclesiasticam personam. & qđ ita etiam consuluit Sig.
de Hom. & Fran. de Albe. & vide Bal. consi. cxvij. lib. iij. vbi tz va-
lere statutum qđ nullus possit alienare de bonis suis, quin omni
tempore soluantur collecte etiam si sit clericus, vel ecclesiasticus
locus. & qđ consuluit idem Bal. super statuto Lucano prohiben-
te alienationem in subditum. nisi soluta certa summa, an cõprehẽ
dat legata ad pias causas, consi. cccvij. lib. iij. & ccccliij. lib. j. cons.
tamen. ccccxxj. libr. iij. super statuto Bitrie disponente, qđ nullus
audeat bona alienare, nec dominium transferre de bonis sitis in
comitatu Bitrie alicui non suppposito. & qui non subeat onera, &c.
consuluit qđ tale statutum non valeat in preiudicij ecclesiarũ. de
quo vide que latius posuit in l. cunctos populos. & cum Aler. tã-
git an statutum prohibens acquirere, cõprehendat volentem ac-
quirere ab ecclesia. adde qđ volunt Bal. consi. xxj. lib. iij. Et inquã
tum alleg. Ang. consi. xlvij. dic qđ Ang. dicit. hoc dico non decidẽ
do. sed potius allegando. Et inquantum dicit qđ Ang. reprehen-
dit Jac. Bu. volentem qđ valeat statutũ qđ clerici sint extra pro-
tectionem communis. dic qđ Ang. consi. precedenti allegato per
ipsum Aler. consuluit super statuto Florentie. quo cauetur qđ de
clinanti iurisdictionem communis Florentie. non reddatur ius. &
quidã presbyter fuisset captus. & per inhibitoriã episcopi relata-
tus. deinde ille presbyter alium capi faceret. qđ deberet similiter re
larari. licet ille presbyter diceret qđ ipse inhibitionem non impe-
trauerat. qz dicit Ang. qđ debebat contradicere.

f P OMA. ¶ Secundum dubium est. Vide Bau. de Cast. consi. cxj.

in ñ.vol.Fely.in c.ecclesia sancte Marie.in ij.vol.versi.nono quero,de const.aliquid in cap.in presentia.de probatio.Lardi.cons. cij.z cons.cxliij.

g An per contractum.Adde Bal.cons.cccexciij.lib.iij.z ibi, an iuramentum sit sufficiens ad impediendum dominij translationem.z per Ange.cons.cxxx.

h ¶Arbitri.Adde an per sententiam arbitri, vel arbitratoris impediatur dominij translatio.Bald.cons.cccxlviij.lib.iij. Et vide Alexan.in consi.lix.in v.vol.vbi ponit limitationem per tex. z gl. in l.ea lege.C.de condi.ob causam.

i ¶Preceptum iudicis.Adde Paul.de Castr.consi.xlj.z Andr. sic.consi.xij.lib.i.

k ¶Heredis institutio.Adde Bal.in cõsilijs proxime allegatis, z consi.cexlix.lib.ij. Ange.consi.lvij.Pau.de Cast.consi.clxiij.z clxxv.Old.consi.ccv.

* CLAV.DE SEISS.¶Dic vt sbi.Et in l.peto.ſ.fi.ſ.titu.j.

l POMA.¶Quero,prohibita donatione. Adde an si sit prohibitus donare donec moritur,teneat donatio ad ipsam estimationem.vide Roma.consi.lix.inci.propositum consu.in iij.dubio.

m Alij contractus.Adde an prohibitus alienare possit permutare,Pau.de Cast.consi.xvj.

n ¶Heredi heredis.Adde Ro.cons.ccccelvij.

o POMA.¶Idem tamen puto.Ita tenet Alexan.consi.lvj.incip. ponderatis verbis testamenti,in j.vol.

p AND. BAR.¶Quero vtrum res. Et in hoc consului quod non.Parme:Vide Bar.in l.vbi lex.ff.de vsucap.vbi tenet quod non vsucapitur.z vide ibi scribentes. Et vide tex.in l.ij.de vsuc. pro emp.z Eller.cons.lvij.vol.iij.

q ¶Vsucap.Adde Pau.de Cast.cons.cexc.

1 ☞Emancipatus quando admittatur ad reuocandum aliena ta.prohibita alienari extra familiam.

2 Jussus restituere familie.intelligitur de familia testatoris.

3 Exheredatus quando admittatur ad reuocandum prohibita alienari.

4 Filius institutus tantum in legitima,an admittatur ad reuocandum totum fundum prohibitum alienari.

ſ.Cum pater. Ad reuocandum fundum contra defuncti voluntatem alienatum, vino herede admittuntur filij eius emancipati: in potestate vero retenti eo mortuo,si ei heredes non sunt. Item non videtur extra familiam alienatum, si omnibus inequaliter, vel vni tantum est relictum.hoc dicit. ¶†Op. quod emancipati non possunt petere,cum desinant esse de familia.l.tutelas,de capi. omni, z.l.pronunciatio.ſ.familie.de ver.signi. Resp. quod sufficit fuisse de familia tempore mortis,vt j.tit.j.l.cum ita.ſ.in fideic.† Quero,cum iubet restitui familie.de qua familia intelligatur? Resp. in dubio de sua.l.cum acutissimi.C.de fideicom.† Quero an exheredati in totum reuocent? Resp.gl.dic vt in l.is qui.j.tit.ij.Veritas est,quod pro parte instituti non reuocant. l.vnum ex familia.ſ.sed si vno.z sequen.j.tit.j. secundum Jac. de Are.†Quero, quid si filius est institutus tantum in legitima, an admittatur ad reuocandum fundum totum? Resp. sic z l.j.z ij.C.si quid in frau.pa.z l.cum a matre.C.de re.vendi.z l.fina.ſ.in computatione.C.de in.delibe.

1 2 3 4

ſ.Interdum. Per interitum speciei pluribus insolidum debite, quis liberatur ab omnibus.

LEX CXVIII.

a **Etiam hoc.** aIsta lex z l.z eo modo.j. eod.facit debitori,ego egerem illa pecunia, vel similia verba, an ex hoc inducatur appellatio? De quo per Ly. in l.in minorum.C.in quib.cau.in int.restit.non est ne.dixi ſ.de acqui. here.l. si quis mihi bona.ſ.pater Seio filio.

ADDITIO.

a ALEX.¶Etiam hoc.Vide Bar.in simili,in l.j.in iij.q.j.de ope. no.num.

LEX CXIX.

Legatum est. Ponit hic diffinitionem legati.hoc dicit, Aliter diffinitur in l.legatum.j.tit.j.dic vt in gl.

ſ.Heredi. Quatenus relinquitur heredi a seipso non valet,z accrescit coniuncto.h.d. Materiam istam dixi in l.huiusmodi.ſ.ſi Titio.ſ.eod.vide glos.j. in fin. ibi, iure hereditario.z dic,quod male dixit Rog.vt in glos.seq.z l.plane.ſ.ſi duobus.ſ.eod.Nec ob.l.filiam.j.de aur.z argen.lega.vt ibi patet.quod no.

ſ.Alienus. Opp.ſ.eod.l.cum filiofamil. Sol. ibi loquitur in alienare, hic in seruo.Et ratio est que colligitur ex his,que no.in l.sed.ſi conditioni.ſ. fin.in magne gl.ſ.de here.instit.

ſ.Fundus. Seruitutes predij legati, aditione hereditatis confuse,sunt restaurande. hoc dicit, quod bene nota.

LEX CXX.

1 ☞Relictum in alimentis pauperum, relictum videtur in honorem ciuitatis.

2 Relictum fratribus minoribus pro alimentis,videtur relictum in honorem ciuitatis, z quilibet de populo admittitur ad petendum.

Siquid. Quod relinquitur in honorem ciuitatis valet.hoc dicit.†No.quod illud quod relinquitur in alimentis pauperum,videtur relictum in honorem ciuitatis, vt hic. Et dico, quod illud † quod relinquitur fratribus minoribus,qui sunt positi in altissima paupertate, alimentis,videtur relictum in honorem ciuitatis.z fic quilibet populo[a] admittitur ad petendum pro eis,z hoc dixi secundo Minoricarum,z no.istam legem.

1 2

ADDITIO.

a ALEX.¶De populo.Vide j.eo.in l.ciuitatibus.

LEX CXXII.

Si seruus. Remissio reddendarum rationum non se extendit ad reliqua, nec ad peculium.hoc dicit.No.ter.ibi.ideo.et. teriam istam declaro in l.Aurelio.ſ.i.de lib.leg.Op.quod fiquitur ista liberatio seruo,aut est liber.z non tenetur ei ratio. sto.vt C.an seruus ex suo fa.per totum.z ſ.de neg. gest.Lauliter. ſ. qui pure. Aut remanet seruus. z tunc legatum facto propio seruo non valet.l.seruis.C.eo.Preterea dominus potest netur ciuiliter.Sol.secundum Jac.de Are.hoc importat si legatur cum libertate peculium.non deducitur de peculio, domino debebatur ratione negligentie.Item liberatur remissio seruus ab obligatione naturali.

LEX CXXIII.

Nihil. Onus prestandorum reditum diuturnorum gl.vtrum possessor fundi possit conueniri pro hoc. lis,z dicit quod sic.Qualiter istud onus ad possessorem valeat, dic vt diximus in l.Caius.de annu.leg. z l. Lucius, de alimentis, vtrobique per gl.

ſ.Omnibus. Quoties est prohibitum aliqui[s] sensu eorum in quorum favorem hibitum est.efficitur licitum.hoc dicit.Oppo.quod solum petitio estimatio.l.si fundum per fideicommissum.ſ.eod.Solu. Tu dic vt ibi dixi,quia nõ erat legatarij,sed erat futurum facta alienatione.

ſ.Fructus. Legatarij non tenentur stare colono. o.Op.nam testator non videtur heredem.nisi in iure quod ipse habebat.l.si domus.ſ.fin.ſ. l.si a substituto.ſ.heres.ſ.eo.Sol.gl.ibi loquitur in iure in iure quod est in persona.Contra hoc opp.j.titu. ſ.quinbinam.ſ.si fundum.Sol.intellige glo.de eo qui habebat sonale,non ad rem, neque ad partem eius, sed ad aliquid Facit quod dixi in l.si res obligata.ſ.eo.Sed si esset tem rei,tunc secus,vt in contrario.

ADDITIO.

a ALEX.¶Stare colono.Legatarius non tenetur stare late per Bar.in l.si filio,sol.matri.

LEX CXXIIII.

1 ☞Dictio cum,z dictio z,z dictio si.quomodo differant.

2 Arguere de verbis legis,ad verba testatoris.

Si quis legauerit. Dictio.cum. feratur a testa ue e lege.coniunctionem inducit.hoc dicit. Differt inter cum,z z,vidistis in l.Titie tertozes.ſ.j.ſ.c.† Differt inter cum.z ſi,dic,vt in l.centesimis.ſ.fin.de verbo.obl.licitum est arguere de verbis legis ad verba testatoris.

1 2

LEX CXXV.

1 ☞Institutio facta de ecclesia fratrum Minorum uitas potest petere.z nu.3.

2 Relictum pro construenda ecclesia, videtur relictum tum ciuitatis.

3 Syndicus ciuitatis potest petere relictum factum dam,vel ornandam ecclesiam.
Item ex officio episcopi,vel iudicis secularis hoc pot

4 Syndicus ciuitatis,z quilibet de populo,potest pauperibus.

lictum p̄o alimentis fratribus Minoribus, ſyndicus ciuita
z quilibet de populo petere poteſt.
actica petendi relictum pauperibus, vel p̄o conſtruenda, vel
anda eccleſia.
lictum indeterminate fratribus, videtur relictum p̄o ſuis ne
itatibus.

Iuitatibus. [a] Ciuitas poteſt petere quod relinquitur in honorē, vel ornatum ciuitatis. h.d. Hic videtur †caſus, q̄ ſi relinquitur
tum vel inſtituatur eccleſia fratrum minorum, q̄ inſtitutio
at. Secus ſi relinquatur fratribus, non eccleſie, vt in Cle. eri
e paradiſo. de ver. ſig. Et videtur relictum ad ornatum ciuita
ad cuius ornatum, z vtilitatem ſpectat eccleſia, vt l. j. §. ius pu
um. §. de iuſt. z iure. z j. de au. z argen. leg. l. Titia. §. ſi. Dixi ple
n j. li. Minoricarū. Ho. q̄ ciuitas poteſt petere relictum q̄
tinet ad ornatū ciuitatis. † Per hoc dico, q̄ id qđ eſt relictū
conſtruendam eccleſiam, vel ad fulciendā, ſeu ornandā iam
inſtructā, q̄ ſyndicus ciuitatis hoc poteſt petere, q̄ ad publi
vtilitatē pertinet. Poteſt etiam hoc fieri officio epiſcopi, vel
iam officio iudicis ſecularis. l. hereditas. de peti. here. z de ann.
g. l. Quintus. in fi. z eſt expreſſum in auth. de ec. ti. §. ſi quis edifi
ationem. poterit etiam petere quilibet de populo, vt j. dicam. Et
r hoc puto † cōſultum fratribus minoribus, nā licet ipſi heredi
tis ſint penitus incapaces, tamē ſi hereditas relinquitur eccle
ipſorum. vel in fabricā eccleſie ipſa ciuitas poteſt hoc petere,
etiam quilibet de populo, vt dicam. q̄ magis videtur relictum
itati quā ipſis fratribus. vt hic, z l. j. §. publicū. ſ. de iuſt. z iur.
Item no. q̄ † illud quod eſt relictū hominibus certe conditio
in alimenta, pertinet ad vtilitatem, z honorē ciuitatis. Et per
dico, q̄ illud quod relinquitur pauperibus. poteſt petere ſyn
us ciuitatis, z etiā quilibet de populo, tex. eſt in auth. de eccle.
ſi autē. qui hoc facere ibi, z omni alij licentia. ꝛc. † Et per hoc
o, q̄ qñ relinquitur fratribus minoribus aliquid. qui p̄o nul
te tēporali poſſunt eſſe in iudicio. cle. e. iui de paradiſo. de ꝓb.
qualiter poſſit peti, eſt aduertendū. Nā aut eſt relictū eis p̄o
ſi alimentis, ſeu aliꝭ neceſſitatibus, z tūc poteſt petere ſyndi
cōmunis, z etiam quilibet de populo, per hāc l. z d. §. ſi autē.
oteſt etiam implorari officium iudicis, vt dicā in l. ſeruos. j. de
z cib. leg. † Sed quero, que erit forma petendi. Reſp. quando
tit ſyndicus ciuitatis, vel alius de populo, id quod eſt relictum
inperibus, petet q̄ detur diſtributori ad hoc deputato per te
atorem, vel epiſcopum, cum lex dicat, q̄ ipſe omnino capiat. l.
all. z l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſ. z cle. z d. §. ſi autem. Si
ero petit, id quod eſt relictum ad fulciendam ſeu ornandam ec
leſiam, tunc concludet q̄ ipſe heres cogatur hoc facere, l. fideicō
miſſa. in fi. de leg. iij. z q̄ faciat per ſe, vel per alium, vt j. de pollici
atio. l. de pollicitationibus. que eſt no. ad hoc, z puto. q̄ iudex po
ſerit aliquos preponere illi operi, z ad hoc eius officium implo
rari. l. iij. j. de ali. z cib. leg. † Si vero fratribus eſſet aliquid inde
terminate relictū in dictum tūc videtur relictum in dictum vſum
p̄o ſuis neceſſitatibus, z in hoc iudex etiam ſecularis ſuum pōt
officium exhibere, vt in Decreta. Hico. que incipit, erūt qui ſemi
nat. §. ad hec, q̄ fratribus. que eſt poſita de verbo. ſignifi. libr. vj.

ADDITIO.

ALEX. Ciuitatibus. Ad hāc l. dicit Bal. in auth. hoc ampli⁹. de fideic. quod per ſtatuta ciuitatis poſſint deputari executores teſtamentorum, z vide Bal. in auth. ingreſſi. de ſac. ſan. eccl. z ad
de q̄ licet de legatis p̄is debeatur quarta epiſcopo. c. cum in offi
eū. de teſt. z no. Bar. in l. ſi quis ad declinandam. de epi. z cle. tamē
de legatis p̄is factis ad ornatum eccleſie, nō debetur quarta, ſe
cundum Bar. in conſi. cxlij. incip. cōſtitutione epiſcopi Cam. ꝛc. z
adde q̄ ciuitas poteſt petere relictum quod pertinet ad ornatū
ciuitatis. per hoc dico q̄ id quod eſt relictū ad conſtruendam ec
leſiam ſeu ad fulciendam, vel ornandam iam conſtructam, ſyndi
cus ciuitatis poteſt petere. q̄ ad publicā vtilitatē pertinet, z po
teſt etiā hoc fieri officio epiſcopi. vel iudicis ſecularis, vt l. heredi
tas. de pe. her. z de an. leg. l. legatū. in fi. z eſt expreſſum in auth. de
ec. ti. §. ſi quis edificationem. z vide Spe. in tit. de inſtru. edi. §. nūc
vero aliqua. verſ. nunquid iudex, in vlt. col. poterit etiā petere qui
libet de populo vt j. dicā. z per hoc puto conſultū fratribus mino
ribus, naim licet ipſi hereditatis ſint penitus incapaces, tamen ſi
hereditas relinquitur eccleſie ipſorum, vel fabrice eccleſie ipſo
rum, ipſa ciuitas poteſt eam petere, z etiam quilibet de populo,
cū potius videat relicta ciuitati, quā ipſis, vt hic, z l. j. §. publicū,
de iuſt. z iure. Et facit iſtud ad q. 8 qua diximus poſt. Bar. in aut. ſi qua
mulier. C. de epi. z cle. z ꝑ Bar. hic, tenet Bal. in auth. ingreſſi. Itē
no. q̄ illud quod eſt relictū hominib. pauperib. ad alimēta, perti
net ad honorē ciuitatis. Et per hoc dico q̄ illud q̄ relinquit pau
peribus poteſt petere ciuitas. z etiam quilibet de populo, tex. eſt
in auth. de ecc. ti. §. ſi autem qui hoc facere, ibi, z omni alij. Et per
hoc dico, quod quādo relinquitur fratribus minoribus aliquid,
qui p̄o nulla re temporali poſſunt eſſe in iudicio, vt in cle. eriui
de paradiſo, de ver. ſign. qualiter poteſt peti eſt aduertendum.
Nam aut eſt relictum eis p̄o eorū alimentis, ſeu aliꝭ neceſſitati
bus z tunc poteſt petere ſyndicus ciuitatis, z etiam quilibet de
populo, per hāc l. z d. §. ſi autem. poteſt etiam implorari officiū
iudicis, vt dicam in l. ſi ſerno. j. de ali. le. Sed quero que erit forma
petendi. Reſp. qū petit ſyndicus ciuitatis, vel alius de populo, id
quod eſt relictum pauperibus petet quod detur diſtributori ad
hoc deputato, vel epiſcopo, cum lex dicat quod ipſe non capiet,
vt all. l. ſi quis ad declinandam. de epiſc. z cle. z d. §. ſi autem. Si ve
ro petit id quod eſt relictum ad fulciendam, ſeu ornandā eccleſiā,
z tunc concludit q̄ ipſe, z heres cogatur hoc facere. arg. l. fideco.
§. fi. j. tit. ij. z q̄ faciat per ſe, vel per alium, vt j. de poll. l. de pollici
ta. que eſt no. ad hoc, z puto quod iudex poterit aliquos p̄epo
nere, z ad hoc, eius officium exhibere arg. j. de ali. z cib. leg. l. iij. ſi
vero fratribus eſſet aliquid indeterminate relictum, tunc videt
relictum p̄o ſuis neceſſitatibus. Et in hoc iudex etiam ſecularis
ſuum poteſt officium exhibere, vt in Decr. Hic. que incip. erūt
qui ſeminat. §. ad hec q̄ fratribus. que decret. eſt poſita de verb.
ſig. lib. vj. Adde quod voluit Roma. conſi. lxix. in prin.

§. Lucius. Portio hereditatis p̄o non ſcripta, accreſcit cum onere coheredi. hoc dicit. Oppo. C. de cad. tol. §. in primo, vbi p̄o non ſcripta accreſcunt ſine onere. Vy. exponit hic, p̄o non ſcripta improprie, q̄ repudiauit, cui cō
gruit gl. contraria. Tu dic aliud in hereditate, aliud in legato di
ri in l. ſi duobus. §. j. §. eo. dicam plene in l. que conditio. de condi
tio. z demonſtra. vbi gl. hoc tangit.

§. Eum cui fundus Non poteſt quis in plus grauari, quam aduersarius eius remaneat, deducto onere conditionis. hoc dicit. Opp. de l. ſi fundus. infra ad legem Fal. Sol. vt no. in l. non amplius. in prin. §. e. Op. de l. Imperator. §. j. j. tit. j. Sol. vt ibi dicemus.

LEX CXXVI.

Lucius Si creditor debitori ſuccedit, creditum extinguitur p̄o parte hereditaria, niſi probetur teſtatorem compenſare voluiſſe. hoc dicit.

1 ☞ Relictum palam filio ſpurio, non reuocatur per heredem extraneum.

2 Vxor ſi eſt inſtituta a viro. z rogata de reſtituendo illis quibus ſibi videbitur, ſi inſtituit filios ſpurios teſtatoris, non preſumitur tacitum fideicommiſſum.

§. In teſtamento Si ex verbis teſtatoris non apparet perſona, cui debet fieri reſtitutio, qualis qualis preſumptio aſſumi tacite fidei in fraudem legis aſſumpte. hoc dicit. Oppon. de l. non intelligitur. §. j. j. de iure fiſci. Sol. ibi non expreſſit tunc, ſed in alia parte teſtamenti expreſſerat. vnde de illo videtur ſenſiſſe. Facit quod not. in l. ſi quis ad exhibendum. infra de exceptio. rei iudic. hic vero in nulla parte teſtamenti expreſſit. Unde gloſſ. circa hoc dicit tria. Quādoque teſtator reliquit non capaci palā. z aperte, vt tali filio meo
a ſpurio, z tunc legatum non valet, nec applicatur fiſco, [a] ſed remanet apud eos, a quibus relictum eſt. vt dicta l. non intelligitur. in princip. Quandoque teſtator nullam mentionem facit de incapace, ſed alicui reliquit, z in eius fidem poſuit tacite, vt daret non capaci, z tunc aufertur ab eo. z applicatur fiſco. Quandoq; teſtator expreſſit cui reſtituatur, ſed non clare, z tūc aliqualis preſumptio fraudis eſt, non tamen tanta quod ſufficiat niſi probetur re
b lictum non capaci, vt hic in vltima gloſſ. [b] dicitur: licet prima aliter innuat. Et hoc eſt verum ſecundum Jacob. de Are. argum. l.
1 ab ea parte. de proba. † Not. ergo iſtam diſtinctionem circa primum membrum, ſi aliquis reliquit palam filio ſuo ſpurio, vtrum admittatur ad reuocandum, quilibet heres, etiam extraneus. tex. quod non in fin. C. de natu. lib. z gloſſ. in l. heredis. C. de his quib.
2 vt indig. dic vt dixi in l. fina. j. de his quibus vt indig. Circa vltimum quero. teſtator inſtituit vxorem, z eam rogauit de reſtituendo poſt mortem ſuam illis, quibus ſibi videbitur, iſta veniens ad mortem inſtituit heredes filios ſpurios teſtatoris, an ex hoc preſumatur tacitum fideicommiſſum. Dixi quod non, quia ex hoc q̄ vxorem inſtituit, non eſt preſumptio taciti fideicommiſſi. l. fina. in princip. de his qui. vt indig. z l. pen. de bon. libe. Preterea, iſta lex dicit, quod eſt qualisqualis preſumptio, quando teſtator ſenſit de certa perſona: ſed in queſtione propoſita teſtator de nullo ſenſit, imo poſuit in arbitrium mulieris. Dixi de hoc, in d. l. fin. de his quibus vt indig.

ADDITIONES.

a ALEX. Applicatur fiſco. Vide Bar. in l. in tacitis. §. eodem. z quod ibi dixi.

b AND. BAR. Ut hic in vlt. glo. Et singulariter no. istam gl. in materia sua, ex qua deciditur si testator reliquit tribus quadringenta pro quolibet, & dixit quod disponerent de eis prout in secreto ordinauit, licet resultet aliqua presumptio, non tamen vitiatur dispositio.

LEX CXXVII.

Heredes. Nominati nomine proprio tenentur in viriles: si appellatiuo, tenentur in hereditarias portiones. hoc dicit, quod dic vt plene diximus in l. turpia. §. fin. ff. eo. Ex ista lege potest sumi ratio l. Lucius. §. Mevia. ff. ad Trebel. vbi si nominantur nominibus appellatiuis non significantibus hereditatem, vocantur pro hereditarijs portionibus: quod ideo est, quia non sufficit tantum nomina appellatiua ponere, sed requiritur quod enumerentur, hoc est vt distincte ponantur, vt hic in text. sed per illa nomina appellatiua non fit enumeratio personarum ergo, &c.

LEX CXXVIII.

Heres. Sicut legata per contratabulas patroni minuuntur, ita præceptiones heredum. ff. eo. De hoc in l. Plautius. infra de conditioni. & demonstrat.

LEX CXXIX.

a **AB exheredati.** a A substituto vel legitimo exheredati non potest legatum relinqui: secus in instituto, qui beneficio preteriti succedit per contratab. hoc dicit. Principium huius legis declara. vt dicam in l. qui fundum. §. qui filios. ff. ad l. fal. Diximus plene in l. plane. la. ff. in prin. ff. eo. facit. l. fi. ff. de lega. iij.

ADDITIO.

a ALEX. Ab exheredati. Limita vt per Bal. in l. cum quidam. C. de legat.

a **§. Cum a posthumo.** a Relicta a posthumo instituto debentur a substituto non nato posthumo.

ADDITIO.

a ALEX. Cum a posthumo. Alleg. Bald. hunc §. in l. fin. in versicu. quero quidam. de insti. & substi.

LEX CXXX.

Heredi. Posthumo alieno potest legari, & potest heres institui, hoc dicit. De hoc plene in l. Gallus. §. ille casus. de liberis, & posthumis. hoc dicit.

LEX CXXXI.

Tutor. Qui accepit vxorem illegitime sciens ter, ab ea non capit: sed ipsi relinquere potest. ff. eo. Hoc quod dicit de muliere, intellige si fuit ignorans, secus si sciens, vt no. ff. de vsufru. lega. l. vxori maritus. & l. prefectus de ritu nup. Diximus in l. ij. de his quibus, vt indig.

LIBER XXXI.

TITVLVS I.

De legatis, & fideicommissis secundo.

LEX I.

1 Legatum non dicitur conferri in liberam voluntatem per ista verba, si Capitolium ascenderit: nec per ista verba, si arbitratus fuerit.
2 Legatum relictum arbitrio legatarij quando valeat.
3 Legatum collatum in arbitrium heredis, an valeat.
4 Legatum quando possit conferri in voluntatem tertij.
5 Contractus factus arbitrio tertij, vel si voluerit, semper est conditionalis.
6 Arbitrari cogitur ille, in cuius arbitrium collatum est legatum, intellige causatiue.
7 Executor testamenti quando cogatur illud exequi.
8 Executor cogitur exequi actione ex testamento, quando ei aliquid relictum est, & officio iudicis, si nihil.
9 Legatum relictum arbitrio tertij, eo non arbitrante, legatum tenet, nisi arbitrium sit commissum conditionaliter.
10 Debens arbitrari intra quantum tempus debeat arbitrari, & quomodo cognoscitur quod ipse nolit arbitrari.
11 Tertius, in cuius arbitrio commissum est legatum, si non arbitratur, quis arbitrabitur.
12 Arbitrari debens si arbitratur, & male, recurritur ad iudicem.
13 Verba significantia arbitrium boni viri.
14 Bonus vir qualiter arbitrabitur legatum.
15 Arbitrari debet quis herede presente, quando quantitas est arbitranda.
16 Omnes persone quas quis possit eligere, non sunt requirende ad electionem fiendam.
exceptio, nisi partis estimatio offeratur. h. d. secundum Dyn. Ad prim. op. q quis nō potest decedere p̄o parte testatus. z p̄o parte intestatus. l. ius nostrum. ĵ. de reg. iur. Sol. verum est ab initio, sed ex post facto secus, l. circa. ā. de inoffi. test. ¶ Op. quod etiam rupto testamento per querelam. legata valeant, auth. ex causa. C. de libe. preterit. Sol. fateor, †q ista lex hodie corrigitur. ita tenet hic gl. que incipit, scilicet in totum. z in gl. ſi. hanc prim. quā no. Idē no. in l. Papinianus. ſ. ſi ex causa. de inoffi. test. z l. v. eo. tit. z Iaure nostro. ā. de test. tut. licet quidam contra. per l. titia. de inoffi. testa. Cy. refert opi. in auth. ex causa. Ego teneo istam gl. per tex. in corpore. qui dicit. ne liberi falsis accusationibus condemnentur, ꝛc. z sic loquitur in casu. quo quis est erheredatus causa inserta, licet nō vera. ¶ Venio ad secūdam partem. z op. z videtur q libertates non cōpetant insolidū. nisi quis p̄estet partē estimationis serui. l. iudicare. de excep. rei iudi. Sol. gl. fatetur. q debet p̄estari pars estimationis serui. Alij aliter dicunt. vt no. in Lecū duobus. C. de inoffi. test. Sed op. q si esset verum. hic nulla esset differentia inter libertates. z seruitutes. quod est cōtra istū tex. Sol. vt statim dicam. ¶ Venio ad tertiā partē. ſ. ad ver. quod nō erit. Primo quero. de intellectu eius. Bl. legit duob. modis. Primo, q referatur ad prim. z sic est plana. secundo, q referatur ad proximum. z tunc ob. contrarium quod. ā. proxi. fecit. q non videt differentia inter seruitutē. z libertatē. P̄o cuius declaratione, scias q si totum testamentū valeret, libertas statim competeret. z etiā seruitus sine noua constitutione. Sicut em̄ transfertur dominiū, ita seruitus constituitur. l. si partē. ſ. j. quē admo. serui. ami. z l. j. de serui. leg. sed qñ testamentū rumpitur p̄o parte, libertas ipso iure cōpetit eodem modo, licet seruus p̄estare cogatur estimationis partē per officiū iudicis, d. l. iudicare. sed seruitutes ipso iure non cōpetunt: sed actio personalis p̄o seruitute competit insolidū. z hoc vult dicere iste tex. ¶ Op. seruitutes ex post facto possunt cōseruari p̄o parte. l. p̄o parte. ā. de serui. Sol. post q testamentū rescinditur. fingitur ab initio nō valuisse. z per consequens
a seruitutem nullo tempore constitutam. ¶ †Quero practicā huius partis: Dicit gl. si heres cōueniretur ad integrā seruitutem, tunc habet necesse conuenire cū filio. vt partiatur impensam: quod si non facit, condemnatur ad interesse. hoc nō placet Dy. q est cōtra istum tex. non enim condemnatur ad interesse, sed liberatur dando partem estimationis. Ista inter se multum differunt, quia interesse posset multum ascendere. practicam ergo ponit tex. clarā. z bene. q heres conuentus ad solidam seruitutem potest se liberare dando partem estimationis, vel conueniat cum filio, vt det integram seruitutem recepta parte estimationis. ¶ Ultimo no. istum tex. qui dicit, partis autem estimatio, id est, pars estimationis. q seruitus diuisionem non recipit.

1 ☞ Legatarius hereditatis debet sustinere commoda, z incommoda.

2 Legatum hereditatis quando dicatur vniuersale, z quando particulare.

3 Fructus medio tempore percepti non debentur legatario hereditatis.

4 Et legatario hereditatis, quando deducantur debita hereditatis a defuncto soluta.

5 Pecunia exacta a defuncto, quando restituatur legatario hereditatis.

6 Heres, z legatarius hereditatis, debent adinuicem p̄estare cautiones.

1 **§. Lucio titio.** Legatarius †hereditatis debet sustinere cōmoda, z incommoda illius. h.
2 d. z est bonus ſ. z sepe de facto accidit. †Quero, vtrū legatū
a hereditatis dicat vniuersale, vel particulare: Rñ. aut quis legat hereditatē ipsius legātis, z videtur fideicommissum vniuersale. l. mulier. ſ. ñ. ad treb. Aut quis legat hereditatem quam habuit ab alio, non suā, z tunc nō est fideicōmissum vniuersale, vt ĵ. ad treb. l. cogi. ſ. sed z similes. ver. z quāuis. quod est ea ratiōe. q. testator, vel adiuerat, vel legando adijt, z sic confunditur cū suo patrimonio. l. sed si plures. ſ. filio. ā. de vulga. z pup. Unde amodo non est hereditas illius primi defuncti proprie loquendo, z sic Treb. nō habet locum. d. ver. z quamuis. Et ex hoc sequitur, q dies hereditatis legate cedit a tempore mortis, sicut alterius rei singularis legate: q est mirandū, cū hoc est tale legatū, quod potest habere incommodū: vnde videretur eadē ratio, que in hereditate, sed tū
3 cōtrarium est hic, vt vidistis. †Quero, quid de fructib. medio tempore perceptis, vtrum debeantur huic legatario: Resp. non
4 vt ĵ. l. proxi. ſ. filia. nisi eo modo quo ĵ. dicam. †Quero, quid si defunctus soluit debita hereditaria, an ab isto legatario debeant deduci: Resp. non, quatenus potest cū perceptis fructibus compensari. l. lucius. ſ. que marito. ĵ. eo. secus si nō posset cōpensari cū fructib. vt ĵ. de condi. z dem. l. quib. dieb. ſ. j. z q ibi no. z sic intelligo legē istā, que dicit ad legatarū non transire onera, que nō per
b cubinam. ſ. cū ita. ĵ. tit. j. ¶ Quero. quid si testator exerit an illa pecunia restituetur huic legatario. Hic tex. videtur nō. dum dicit. sicut vice mutua p̄estabuntur actiones. quare stari poterūt. q. d. si sunt extincta. nō debentur et. q puto verum extincta sunt. z testator locupletior: nō est factus: secus si testator patrimonium conuertisset. vt ſ. eo. l. Imperator. ſ. in cum
6 sequen. z d. l. qui concubinam. ſ. cum ita. ĵ. tit. j. ¶ Quero debeant inuicem p̄estare cautiones: Respō. quod sic. scilicet legatarium qui subiuit omnia onera hereditaris, vt j. proxime z d. l. qui concubinam. ſ. cum ita. z econuerso. per decauebitur legatario. de dando sibi quicquid ad eum pervenit dicta hereditate, l. ij. in princ. z ſ. peruenisse. ā. de hereditatio, vendi.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Utrum. Utrum legatum hereditatis sit vniuersale ita tenet Bal. in l. per legato. C. de lega.

b AND. BAR. ¶ Testator. Et vide Aug. in l. diuus. C. de p here. z Archid. ri. q. j. c. q̄ res.

§. Dominus. Heres non potest retinere vsum ctum, vel partē rei legate: secus teris seruitutibus. h. d. No. quod dixi in summario. Op ā. legatū. ſ. fundus. Sol. Distinctio huius ſ. tollit contrariū
a liud in vsufructu. vt hic: aliud in ceteris seruitutibus. vtitur concordat cum ū. resp. ¶ Op. de l. ij. ĵ. de vsufr. leg. Sol. Ju unit proprietatem. q. intelligit de nuda: hic legauit fundū. si habet testator in re partē. illā soli videt legare. l. seruo electo in fin. ā. tit. j. Sol. Illud verum. q̄ alia pars erat extranei pars erat heredis. q est no. ¶ Quero. q̄d si pars erat testata. Resp. idē vt dixi in l. vnū. ſ. si rē. ā. ¶ Quero. hic de quo fundo legato sub cōditione. q̄d si fuerit legatū pure: Resp. ā. e. l. is cui⁹. z ibi not. hoc em̄ patet ex ratione posita in ſ. quādo pars erat heredis. in qua non cadit contrā. quare

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Seruitutibus. Vide Bar. post gl. in si pactus. ā. de pactis. er no. dictis post Bar. in ā. ti. j. Et adde Bar. in l. vnum. ſ. si rem. ā. e. z est sing. dum Aug. in l. serui electio. ſ. fin. ā. ti. j. z ibi etiam Bar. z illum limitat.

1 ☞ Falsum non videtur quod iuuatur primo dicto veritas.

2 Dictio er. licet denotet causam propriam, ponitur etiam propter.

1 **§ Heres meus.** †Nō videtur esse falsum tur primo dicto veritas. mo. ponit dictum seu thema. Secūdo. resp. amittendo quod falsa demonstratio non vitiet legatum. Tertio, amplius
2 liam rationem ibi. nec in totum. ꝛc. †P̄o cuius declaratione bes scire, quod de natura dictionis er. est denotare causam mam. l. nō dubium. C. de legi. z l. eo tempore. in fi. ā. de pact. go testator diuerit sibi deberi ex testamento. non videtur referri ad id quod ex stipulatione debetur occasione sic illius debiti testamentum est causa prima. z remota prima. q. dictio. er. potest poni p̄o dictione propter. di contrarietatem. vel absonum intellectum. l. j. C. ſi quis ro. Iurisconsul. dicit hic, quod dicta causa non est omnino q. dictio. er. pōt intelligi vt denotet causam primariam tam. ¶ Op. ā. ti. j. l. ſi sic. ſ. j. z ā. e. l. si ita scripsisset. Sol. non fuit extinctum. hic vero fuit translatum in aliam obligā ¶ Op. quod non inspicimus originem obligationis. de condict. sine causa. Sol. ibi causa obligationis deuenit causam. hic venit de vna causa ad aliā. ¶ Op. de cap. ſ. codicilli. Sol. ibi non inspicitur tempus. quo codicilli ti. q. p̄opriè illud non dicitur tempus originis codicillorum inspicitur tempus facti testamēti, a quo codicilli cōfirmantur ibi patet. ¶ Op. de l. j. de her. vel ac. vendi. Bl. non solum. est contra. ¶ Op. de l. ij. ſ. idem scribit. ā. de pecu. Sol. Ibi tatione tituli mutatur ratio legis. nam per iudicium dicitur si contractum cum filio de peculio, quod in origine actus non erat: sed hic ex mutatione tituli non contingit mutatio tatis defuncti. per rationes hic positas in text. De hoc tutor. ĵ. de fideiuss.

§. Seruus. Si aliquo casu libertas impetrabitur pote quo cedit dies legati. tum. hoc dicit. ¶ Op. C. ad sylla. l. pe. Sol. Fallit ibi positam in tex. ¶ Quero, que sunt iste cause, que impediunt tatem serui. Dic vt in gl.

1 ☞ Natura cōparatiua est relinquere formā positiuī in
2 Verbum plus. q̄ positum per testatorem in legato, imporbitrium boni viri, z poterit iudicium arbitrari.

ader arbitratur. quando qui debet arbitrari, non arbitratur.
erum plus, in teste nihil operatur.

Pater Qui legat vni ex certis plus, videtur omnibus legare, & excessum in illo in heredis arbi-
o ponere. h. d. No. † de natura cōparatiui est relinquere fo-
positiui in extremo. & ista est ratio quare omnibus videt relic
¶ † Secūdo no. q si testator dicat alicui plus dandū, nec po-
verba que sapiant liberā voluntatē, vel arbitrium boni viri,
letur in dubio intelligere de arbitrio boni viri, vt hic, in tex. Di
enim[a] hic, plus tribus, nec dixit, quantū volueris vel quan-
n putaueris, vel quātum arbitratus fueris, vel aliquid simile:
amen refertur ad arbitrium boni viri, vt patet ex ter. qui dixit,
itrium filie datur, quod est notandū. ¶ Quero vsq; ad quam
antitatem potest arbitrari. Resp. modicum, l. hec adiectio, ſ. de
. signi. ¶ Quero, † quid si non fuit arbitratus. Bl. ponit opi.
itas est, quod stabitur arbitrio iud. qđ patet ex ter. dum dicit
irtrium filie datur, &c. vt l. j. ſ. e. ¶ Vltimo iste ſ. † inducitur ad
estionē de teste, [b] qui dicit Titium possedisse xij. annis, & plus
quo per gl. in lab hostibus. ſ. sed quod simpliciter. ſ. ex qui.
n. maio. & per Bul. in l. 2 si post tres. ſ. si quis cau. Veritas est,
uod illa verba, & plus, nihil releuant in teste, qz indicem certum
on reddunt, l. cum furti supra de in litem iurando. & ibi dixi.

ADDITIONES.

LEX. ¶ Dixit enim. Facit quod no. Bar. in l. iij. in princi. ſ. de
le. ¶ Et ad Bar. hic, adde Alex. de Imo. in cons. lxxxij. in fi. in
o. & ibi de verbo videtur, quod importat liberum arbitrium.
LEX. ¶ De teste. Vide Bar. in l. cum furti. ſ. de in liti. iur.

Non iure. Ille, per quem non stat quo minus tu
tela suscipiatur non priuatur legato.
Circa hoc dic. vt in executore, qui noluit officium assumere,
dixi in l. j. ſ. eo. De hoc in l. Resennius. ſ. fi. cum l. sequen. supra
exec. tuto.

Qui Mutianam. Qui venit cōtra cautio-
nem Mutianā, tenetur
restituere rem cū fructibus, hoc dicit. De hoc dic plene in l. Mu
ne. de condi. & de.
¶ Cumulatio actionum plurium non admittitur, quando elec
ne tolluntur.
ctiones quare plures que electione tolluntur non cumulātur.
ctio personalis, & rei vendicatio quare electione tolluntur.
ctio eligenda ex pluribus debet eligi tempore dati libelli.
eredes vnius testatoris, quando sunt plures vna actione con
a vnam, alia contra alium agi potest.

Tarijs Quādo sunt † plures actiones que electio-
ne tolluntur, non admittitur cumulatio. h. d.
ad ter. ibi, vti non potest, dic, petēdo partem per vnam actionē,
artem per aliam, & ad hoc tendit prima ratio: vel petendo totū
per vtrāque actionem, partem per aliam & ad hoc tendit secun-
da ratio, ibi, non em̄, &c. ¶ Op. in auth. de fideiu. ſ. sed neq; Sol.
intelligas hoc de pluribus actionibus principalibus, vt propo-
nendo actionem ex testamento, & rei vendicationem: secus si pro
poneret personalē, & hypothecariā, q potest, vt no. in cōtrario, &
no. per Dy.[a] in c. nullus. de reg. iur. lib. vj. & dixi in l. fundi & l. fun-
dā. j. de excep. ¶ † Quero que est ratio, quod iste actiones non
possunt simul proponi: Resp. q partim petitur ab vna, partim
ab alia. Et ratio est, qz legatū nō pōt diuidi, vt in ter. sic videt, qđ
si essent plura legata, legatarius non prohibeatur vtranq; pro-
ponere pro diuersis reb. Sed si pro vna re proponeretur vtraque
actio simul tunc cumulatio nō admittit, qz electione tollunt, vt
in ter. ¶ Sed quero[b] vnde hoc q electione tolluntur: Respon. †
tenendo gl. que est Justi. eo. ſ. nostra autē. Ratio est euidēs, qz eli-
gendo rei vendicationem, nō hz actionē personalē, cum pro re p-
pria nō detur actio personalis, nisi contra furē, l. fi. ſ. vsufr. quem-
admo. caue. sicut alias eligendo personalem, nō habet rei vendi-
cationem, vt no. in d. ſ. nostra. Sed si teneremus opi. quorundam
Modernorū, quā Ly. refert in l. ij. C. communia de leg. scilicet q
de actiones concurrant origine, est ratio, qz sic cōstitutum est vt
eres cogatur eligere, vt hic dicitur in ter. ¶ Quero, † qñ dz eli-
re. Resp. tempore dati libelli: dicit gl. in l. edita. C. de eden. Fala
in l. j. ſ. qz autē. ſ. quorū leg. per rationē que ponit in l. q in here
ſ. eligere. de trib. ¶ Quero, quid si sunt plures heredes vnius
gatarij: Resp. idem l. huiusmodi. ſ. fi. cū l. seq. ſ. tit. j. l. j. dic vt ibi.
† Querit gl. quid si sint duo heredes vnius testatoris, an pos-
cōtra vnū, pponi vna actio, cōtra aliū alia. Et tenet q sic, qz
ato verū, qz per l. ij. tab. illa actio est diuisa cōtra illos heredes,
pro hoc facit, j. iud. sol. l. iam tamen. ſ. pe. & quod ibi plene dixi.

ADDITIONES.

LEX. ¶ Per Dy. Sed Dy. tenuit contrariū in regula, nullus
luribus. de re. iu. in vj. & vide Bar. in l. edita. C. de eden.
LEX. ¶ Sed quero. Adde quod no. Bar. in l. si heredis. j. ti. j.

a **§. Repetendorum.** [a] Dānata memoria testa-
toris, repetuntur legata
soluta. hoc dicit. ¶ Qualiter autem fiat processus, vel condemna
tio alicuius, cuius memoria damnatur. Bl. dicit in ſ. per contra-
rium. Insti. de here. que ab intestato, dixi. in l. qui a latronibus. ſ.
j. ſ. de testamen.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Repetendorum. Istum ter. alle. Bal. in l. decernimus.
C. de sac. san. ec. quod tyrannus non potest testari.

LEX LXXIX.

Cum pater filios. Si debet retineri spe-
cies. & pecunia, spe-
cies de tota hereditate deducitur, pecunia de parte resti
tuentis tantum. hoc dicit. Pone sic casum in terminis, Pater in
stituit filium, & rogauit rogatum, vt restitueret filijs, re-
tento sibi fundo, & centum. Certe prædium deducetur de tota he
reditate, & pecunia deducet de parte sua. hoc dicit. Quero, quis,
est effectus eius inuestigationis: Respō. in portione debita iure
falcidie nō imputatur, nisi id quod quis habet iure hereditario, l.
id autem, & l. in quartā, & l. quod autem. j. ad l. fal. vnde de fundo,
medietatem quam habet iure hereditario, sibi tantum imputa-
bit in quartam: de pecunia sibi totā imputabit in quartam, cum
totam haberet de parte sua. & sic iure hereditario: quod secus es
set si eam deberet recipere de communi: quod dic. vt dixi in d. l. in
quartam. Et si queris, quare aliud in pecunia, quā in fundo, ter.
dicit in l. deducta. ſ. numis. j. ad tre. & ibi videbitis. ¶ Op. & vide
tur, quod totam summam capiat a coherede. qui videtur per hec
verba grauatus. l. post emancipationem. ſ. j. j. tit. j. Sol. Biaua-
tus videtur, quod patiatur ipsum de parte sua deducere, & sic
ipse minus percipiat de parte sua. ita dicit gl. & bene.

1 ☞ Fideicommissum potest imponi donationi causa mortis.
Falcidia detrahitur ex donatione causa mortis, & ea detracta fi-
deicommissum intrinsecum minuitur.

2 Onus ad integrum impositum quis tenetur, si id. quod remansit
in hereditate, vel legato sufficit ad onus integrum.

1 **§. Eorum quibus.** † Donationi causa mortis
potest fideicommissum im-
poni, & ex ea detrahitur Falcidia, qua detracta fideicōmis. intrin
secum minuetur: secus ex intrinseco. h. d. Huius ſ. materiā expe-
dit gl. j. de cond. & demon. l. Plautius, & ad treb. l. facta. ſ. si titius,
& ibi sunt gl. magistre. tāgit in l. penales. ſ. fi. j. ad l. fal. ¶ Quero,
quid in onere extrinseco, ex alia causa quam alimentorū: Bl. dicit
idē & bene, l. si mihi stichus. ſ. ti. j. & l. Plautius j. de cond. & demō.
¶ Quero, quid vult dicere ter. in fi. qui dicit de maiore pecunia
prestari non dubie integra voluit. Bl. ad huius declarationē est
facta, tū est magis obscura quam ter. ideo gl. sic intellige, quando
ab initio onus fuit maius, quā emolumētum, necesse habet onus
sustinere. Idem si ex post facto est maius, qz emolumentū fuit de-
falcatum per Falcidiam. Tamen hoc nō est verum generaliter,
nisi quando onus est extrinsecum. ita vult dicere gl. hoc nō est ve-
3 rum, † Nam ita demum tenetur quis ad integrū onus, si illud qđ
remanet, sufficit ad integrum onus impositū. l. liberto. ſ. j. de an.
le. & l. maritum. ſ. a liberto. j. ad l. fal. secundū Dy. & Jaco. de Are.
Expone ergo ter. sic, de maiore pecunia, subaudi, quam esset res
legata: qz propter rem legatam de toto patrimonio legatarij vo-
luit prestari alimenta: non tamen de re, vel pecunia, donata, vel le
gata, secundum Jac. de Are.

1 ☞ Mater non potest donare filijs vulgo quesitis.
2 Stipulatio potest conferri in voluntatem stipulantis.

§. Mater filijs. Legatario eidemq; debitori nō
solum actio competit, sed exce
1 tio. h. d. ¶ No. † q mater nō potest donare filijs vulgo quesitis: q
intellige, vt nota. C. ad orfic. l. si qua illustris. & Insti. ad orfic. ſ.
2 nouissime. ¶ Quero, vtrum[a] isti filij legatarij seu donatarij pos-
sint dicere, nolumus acceptare. Videtur quod non, qz semel stipu
lando videtur irreuocabiliter acceptare. Idem not. in l. ei cui. de
do. causa mor. quod intellige verum, nisi ab initio fuerit stipula-
2 tus sub conditione, si voler. Potest † enim conferri stipulatio in
voluntatem stipulantis. l. Senatus. ſ. legatū. ſ. ti. j. La titio. in fi. &
ibi no. j. de verbo. obli.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Quero, vtrum. Et ista gl. videtur probare not. q per
penitentiam donatarij non reuocetur donatio causa mor. quod
no. & est sin. gl. secundum Pau. de ca. in. l. ij. ſ. titu. j. & ibi eam alle.
post Imo. & scripsi post Bar. in l. ij. in princ. j. de do. prele. & hanc
gl. dicit esse elegantem Ro. in l. j. ſ. de acqui. her.

§. Surdo Legati onus, & emolumētum, queritur etiā
ignorantibus, hoc dicit. ¶ Op. ſ. tit. j. l. si ti
bi homo. ſ. cum seruus. Sol. ficte queritur a tēpore mortis, vere
a tempore adite hereditatis: sed commutabiliter a tempore mor

tis, incommutabiliter a tempore agnitionis, l. ei qui. ꝛ quod ibi no. ſ. de condi. inſti.

1 ☞ Ius eligendi non perditur per deportationem. Excõmunicatus poteſt eſſe arbitrator.

2 Fratres minores licet non poſſint eſſe executores teſtamenti, tamen pauperes eligere poſſunt.

Religionis per ingreſſum nõ cedit dies fideicommiſſi, niſi ingreſſus ſit quis religionem fratrum minorum.

a **§. Hereditatem.** [a]Mutatione ſtatus nõ perditur ius eligendi, ꝛ mors ciuilis

1 non facit conditionem exiſtere. ſed naturalis. h. d. † No. q per deportationem non perditur ius eligendi. quod facit ad queſtio. q excõmunicatus qui equiparat deportato poſſit eſſe arbitrator, de que dixi in Lex facto. ſ. ſi quis rogatus. ſ. ad tre. vbi eſt idẽ ter.

b ¶ Secundo no. [b] quod † licet fratres minores nõ poſſint eſſe exe-

2 cutores teſtamẽtorum. tamẽ eligere pauperes poſſunt, ſicut hic,

c ille qui in iudicio eſſe nõ poteſt, vt deportatus, qui perdit omnia, que iuris ciuilis ſunt. poteſt pauperes eligere. quod dixi plene in

3 libro meo Minoricarum. ¶ † Tertio not. [d] q ſi quis ingreditur

d religionẽ. licet habeatur pro mortuo ciuiliter, propter hoc non cedit dies fideicommiſſi ſibi iuncti. cum decẽſerit: ſed debet expectari mors naturalis. d. ſ. ſi quis rogatus. ꝛ l. ſtatius. ſ. Cornelio. de iure fiſci. ꝛ ibi per Dy. quod licet ſit verum in alijs religioſis. qui aliquid poſſunt habere in communi. tamen non procedit in fratribus minoribus. qui non poſſunt habere in communi: vnde quantum ad hoc. habentur pro mortuis, * quod plene dixi in iiij. lib. Minoricarum.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Hereditatem. Contra hoc videtur caſus in l. verba. ſ. de verbo. ſignī. ꝛ ibi Bar.

b AND. BAR. ¶ Secundo not. Et not. q. Bart. videtur ſibi eſſe contrarius. vide que dixi in c. tua nobis. de teſt.

c ALEX. ¶ Eligere pauperes. Vide Bar. in l. a filio. ſ. de ali. ꝛ ciba. le. ꝛ quod ibi dixi. ꝛ vide no. queſtio. Bal. de effecto monacho, in l. ſi. ſ. ſi. C. communia de leg.

d ALEX. ¶ Tertio no. An per ingreſſum religionis habeat locũ fideicõmiſſum minorum alicui cum decẽſerit, ꝛ vide quod not. Bar. in l. interedit. ſ. de condi. ꝛ demon. ꝛ gl. no. ꝛ ibi doc. in l. ſi cũ dotẽ, in prin. in gl. magna. ſol. mat. Facit quod no. in l. ex ea parte. ſ. in inſulã. de verb. obl. ꝛ in l. gallus. ſ. ꝛ qd ſi tantũ. de lib. ꝛ poſth. ꝛ ſcias quod mors ciuilis nunquam equipollet naturali. niſi quã hoc eſt iure expreſſum. glo. eſt no. cvj. q. i. c. placuit lo. ij. in ver. mor tuus eſt. q no. perpetuo. ꝛ eſt gl. in c. ſuſceptũ. de reſc. in vj. ar. l. ſi. C. de his qui ve. eta. imp. cũ ſi. ꝛ vide Jmo. in rub. extra de teſta. ꝛ in l. j. ſ. de teſta. Bald. in auth. ſi qua mulier. in j. col. C. de ſac. ſan. ec. ꝛ Bal. no. in l. j. C. de ſac. ſan. eccl. in repe. ꝛ vide bon. gl. in cle. ne Romani. de elec. ꝛ Jo. de Jmo. in c. ſi epiſcop. de ſuplen. neglig. prela. in vi. per aliquos in c. cũ ſis. de conue. comu. ꝛ ad no. per Bar. hic, vide no. in d. auth. ſi qua. ꝛ cũ Bar hic, cõcordat Paul. de Leaza. in q. incip. ſubſtitutus in j. dub. Adde an mors ciuilis equiparet naturali. Didr. conſil. cclxxxiij. ꝛ Petr. de Arach. conſi. ccccvij.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Mortuis. Adde Alex. conſil. xiij. in ſ. dubio, volu. iij.

§. Qui dotale. Qui legat pretiũ rei, videtur legare animo cõpenſandi cũ re. h. d. ¶ Opp. q emptor teneatur ad fideicõmiſſum. l. ſi pecunia. in fi. ꝛ l. ſi ſeruꝰ. ſ. qui margaritam. ſ. ti. j. Sol. Huius timore hic ſ. legitur duobꝰ modis.] Primo. q emptor non ſoluit totũ debitũ. ꝛ tunc procedũt due prime ſol. poſite in gl. ¶ Secũdo. intelligitur q totũ pretium ſoluit. qtũ fundus erat vẽditus minus iuſto pretio. ideo teſtator iuſſit emptorẽ ſoluere reſi. luſ. q nõ poteſt. ꝛ tũc pcedit iij. ſo. gl. que eſt vera. ¶ Opponitur hic, q mulier oblato pretio repellit dolꝰ exceptiõe. Cõtra. imo debet habere vtrunq. l. j. ſ. ſciendũ. de rei vꝛo. act. Rñd. hoc ideo. q maritus dixit amplius ei pretium, ꝛc. ꝛ ſic videtur reliquiſſe animo compenſandi: ſecus ſi ſimpliciter reliquiſſet.

1 ☞ Soluto facta mandatario reuocato ſcienter, videtur facta cauſa donationis: ſecus ſi ignoranter, ꝛ na. 6. ꝛ. 7.

1 **§. Mevio.** Qui ſoluit † cõtemplatione mandati reuoca-

2 ti ſcienter, donare videtur: ſecus ſi ignoranter. h. d. Vel aliter. ꝛ ſic. Mandatũ ſimpler. † cuius effectus cõfertur poſt mortẽ. reuocatur morte, ſi mãdatarius ſciuerit: ſecus ſi ignorauerit. h. d. ꝛ eſt difficilis ſ. Jn terabi. cepiſſe nõ videret ꝛc. Dic, ſcilicet ex donatione inter vinos a Mevio in eũ collata, ſcienter ſoluẽdo poſt quam cognouit mandatũ reuocatũ.] Pro declarãdo iſto ſ. ſciendũ eſt. q legitur quatuor modis. trib. in gl. quarto extra gl. iſtã põt qs donare alteri cauſa mortis trib. modis. ¶ Primo. ſi donãs cũ donatario nihil facit. ſed ſolũ mãdat donãs debitori ſuo. q donatario ſoluat. ¶ Secũdo. quãdo donãs promittit donatario per ſtipulationẽ, vel pacto nudo cauſa mortis: poſtea mandat debitori vt donatario ſolnat. ¶ Tertio. quãdo non cõtrahit cũ donatario. ſed mãdat debitori vt ſoluat. vult donare cauſa mortis: differt iſta tertia a prima. q promittat: ibi mãdat vt ſoluat. Jtẽ differt a ſecũda. q ſe obligat donatario, ibi nõ.] Prime due tangũtur in prima pontur in vltima gl. Examinemus ergo iſtas lec. ſim primũ modũ. Op. q tale mandatũ nõ reuocetur morro nõ remunerãdi. ſ. fi. ſ. mandat. ꝛ ſ. de do. cau. mor. ſa. ſ. Titia. Sol. in cõtrarijs mandatũ fuit collatũ poſt vero mandatũ de ſoluẽdo, fuit factũ ſimpliciter. licet cõdo modo ſcilicet q donãs. promiſit donatario per ſtipulam in prin. prime gl. Sed tũc opp. † q nõ ſit neceſſaria ſtipu-

3 quis argentũ. C. de don. Fateor. q hodie ſufficeret pac-

a no. Doc. tenẽt in l. vl. C. de do. cau. mor. hoc etiã tangit in cũdo op. q tale mãdatũ nõ reuocet morte. l. ſi vero nõ remdi. in fi. ſ. mã. ꝛ l. mortis cauſa capimus. ſ. Titia. de do. cauſ. Sol. dicit gl. ibi mãdatũ cõferebat expreſſe poſt mortẽ. citer, ſed effectꝰ cõferebat poſt mortẽ. quo caſu media vt ſi peruenit ad notitiã mãdatarij, mandatũ ſit reuo-

4 gl. alias ſecꝰ. † Et ſic diſtingue tres caſus. aut mãdatũ eſt vita. aut poſt mortẽ. aut cõferꝰ in vita. ſed effectꝰ poſt mohoc feci vnũ mẽbrũ diſtinctiõis qualiter mãdatũ reuocet. ij. ſ. pe. j. de don. Cõtra predicta op. ignorãtia mãdatarij natario: q ſi ignorat, valet donatio, alias ſecꝰ. q ex ſ. mũ. ſ. de iu. ꝛ fact. igno. Bl. fatetur cõtrariũ. ꝛ dicit. q hoc le. ꝛ ſpeciale. Hoc colligit ex gl. pe. in ſi. ꝛ gl. ſi. in prin. lect. q ſi donatariꝰ eſt ſciẽs, reuocat mãdatũ. ꝛ donatio tẽ: ſecꝰ ſi eſt ignorãs. hoc nõ placet. q mors nõ di donationẽ cauſa mortis, ſed cõfirmãdi, l. ſi cau. mor. ꝛ l. nõ oĩs. ſ. ſi cer. pe. Nec ob. ſi dicis q p hoc nõ ſequit q ſit reuocata donatio. q

5 miſſionẽ factã a donãte donatario. Unde ſi iſta canſ. nõ ſequit ergo reuocat principale. l. ſi cui legatũ. ſ. tit. j. ¶ Unde huiꝰ timore forte Bzo legit terminꝰ debitoꝛ. promiſit pecuniã cauſa mortis. Tito vel qui etiã iuſſit ſolui. Jſta lec. Bzo. nõ eſt ver. q ſi promiſſa. ꝛ ſic iſte donatarius hz actionẽ. de cetero mãdatũ morte. l. fin. in prin. j. de fo. ¶ Lego ego iſtũ ſ. quarto cordat cũ ſecũda lec. in facti narratione. ſed diſcordat poſitione.] Bone ergo. q creditor donauit Titio cãmortis deinde iuſſit Mevio debitori ſuo, vt ipſi ret. demũ mortuus eſt creditor donãs. Certe donata, ꝛ in hoc differt ab aliis lecturis ſed mãdatũ eſt hoc cõcordat. Si ergo Meuꝰ debitor ſoluit. an

6 poſſit repeti. diſtingue vt in ter. ¶ Tot. q ille

7 mãdatũ reuocatũ. nõ liberat. ¶ Secõ no. † ſumptio donationis: ſicut ecõtra qui ſoluit ei. cui nocatũ. ꝛ ſciẽs. videt donare. l. ſi procurator. falſo. ꝛ. cau. ꝛ ibi no. ꝛ l. ſi nõ ſortẽ. ſ. qui filio. ſ. de cõd. inde. quit creditor creditoꝛis liberat. l. ſi opera. ſ. de do. cre. ſoluta. de pig. ac. l. ſi liber homo. de neg. geſt. Sol. platione mãdati. q ſciebat reuocatũ: ibi ſoluit. creditoꝛis ſit. Cũ eꝛ ſoluit contẽplatione mãdati reuo-

8 tũ reuocatũ. ideo videt donare. ꝛ per † cõſequens op. q heres ſolutionẽ factã a procuratore reuocato tam. l. procuratoꝛ ad exhibendũ. ſ. j. ſ. rẽra. ha. Sol. fateo habere rarã. ſi vellet. quãtũ ad exceptionẽ. vt ſille let iterũ agere. nõ poſſet. nõ quãtũ ad actionẽ. q heres tere vt hic in ij. reſp. ꝛ l. diſpẽſatoꝛ. ꝛc. ſ. de ſol. Sed ſentis. C. ſi cer. peta. Sol. vt diꝛi. hic debitoꝛ nõ ſoluit tiũ gerẽdi hr̃dis. ꝛ huic lect. videt Dy. applaudere in tione parua. quã ponit ſuper gl. ſi. dum dicit. q ris nõ. pdeſt donatario: ſed ei prodeſt. q donans non ¶ Op. ꝛ videt q dominũ per iſtã ſol. nõ tranſferꝛ riũ. l. ij. ſ. ſed ſi quis donatur. ſ. de do. Sol. de mãdatario pecuniã alienã mãdato reuocato: hic ſoluit propꝛ re. ſ. ſi quis dederit. ſ. de do. Querit gl. an ille, qui ſoluit. petere. Reſpondet. ꝛ bene. q nõ. q videt donare. raſſet. q tunc poſſet repetere. ¶ Quero. in quo iſta lex per l. ſi quis argentũ. C. de do. Rog. dicit. ſi hodie non reuocetur morte: quod Bug. in gl. ſciuit, nõ debet eſſe. niſi: li habes niſi. debet Aduerte quod hec lex non eſt mutata per d. l.

i in hoc, quod hodie sufficeret promissio pacto nudo.[b]

ADDITIONES.

LEX, Argentum. An l. si quis argentum. C. de do. habeat
um in do. cau. mor. gl. quod sic. sed an sit vera, vide. Jmo. in l. in
ibus ff. de do. sed ipse vacillauit in l. i. de don. cau. mor. & ibi late
o. videtur tenere de iuris substantialitate gl. esse falsam, licet in
nsulendo non recederet ab opi. gl. & antorũ virorũ. secũdo glo.
nc allegat Bar. in d. l. i. de do cã. mor. & late per Jmo. in l. er cau
de re in. sed Ang. in q. inc. Host. alle. gl. hic sing. in hoc, & ipsam
quitur Bal. in l. executorem. C. de exec. rei iu. & in l. i. C. de do. cau
mor. & in l. si donatiõis. C. de cõtrahẽ. emp. Quid in donatione
te nuptias vide gl. & Bal. in l. i. C. de do. ante nu. & hanc gl. limi
vt per Bal. in authen. er testamento. C. de colla. Bal. in l. ij. de
ũ. istam sequitur, & in l. sicut. in fi. C. de act. & ob.

LEX. Pacto nudo. Sed videtur casus quod etiã de iure
orum sufficiat pactum nudum in dona. causa mortis. in l. quod
bonis. in prin. ff. ad leg. Fal.

Res que subiacet restitutioni, potest legari, & sic testamento
lienari.

Legatũ de re futura aliena post mortem valet, & debeẽ estimatio.

§. Cumparer tis. & coheredibus, cũ onere suo. h. d.

Mo. quod res que subiacet restitutioni. potest legari, & sic po
est alienari per testamentum. Contra C. communia de le. authẽ.
is que. Dicit gl. quod hoc videtur hodie corrigi. Dy. te net con
a. quod hodie non corrigatur: q. hic non dicitur, quod ista pre
ia debeantur filio erheredato in vita filij: sed quod heres coga
r redimere illa predia, & dare filio erheredato: nõ quod illa fi
o cogatur dare, vt patet ex litera. Valet ergo, sicut legatũ rei
iene tempore testamenti, vel future aliene post mortem testato
s, l. vnum ex familia. §. sed & si fundum. ff. eo.

ADDITIO.

Vel future. Adde tu Jmo. hic, Bart. & Jmo. ff. eã. l. §. pater si
& Bler. in consi. ir. in ij. vol.

Prelegato facto etiam coniuncte persone, nõ debetur euic
o iure actionis.

Prelegatum si cui euincitur, ei succurritur ope exceptionis, si a
similiter est prelegatum.

Diuisione facta a testatore vnus ex heredibus non tenetur alte
de iure actionis, sed ope exceptionis.

Diuisione facta a partibus, vel a iudice, alter tenetur alteri de
uictione, iure actionis.

§. Euictis. In prelegato vni nõ debetur euictio: sec
si pluribus prelegatur. h. d. secũdũ doc. & est
g. casus. Mo. quod in prelegato quãquã facto cõuincie per
one, nõ debeẽ euictio iure actiõis. Mo. q. tei, a quo euincitur pre
legatũ, põt succurri ope exceptionis. si aliis est similiter prelega
tum. Mo. quod, qñ diuisio fit a testatore, vnus ex hẽdibus nõ te
netur alteri de euictione iure actionis, sed ope exceptiõis. Ad
primam op. de l. rem cum aliena. C. eo. Sol. hoc est speciale, ne cres
cat inuidia inter fratres, Ita sol. gl. hic, & ibi Doc. ois dicũt, nõ vi
deo que sit differẽtia iter fratres, & alios coh̃des cõiunctos. Cã
dicũt. q. hic loquit qũ ille cui relinquebat, erat legatarius & heres:
ibi legatarius tãtũ. Et est ratio, q. licet hic euincat legatũ, remanet
hereditas: ibi secus. Itẽ aduerte, q. hic videtur sola loqui qñ lega
tur res aliena a testatore possessa, quam credebat suam: Secus si
legatur res aliena ab extraneo possessa, q. tunc debet redimi de
cõmuni. d. l. cũ alienã rem que in hoc non reperitur limitata. Op.
§. ti. j. l. non quocunq. §. j. So. vt ibi. Op. de l. qui concubinã.
§. si heres. j. ti. j. Sol. ibi in legato generis: hic speciei, vt dixi §. ti. j.
l. si domus. §. j. & ibi plene dixi. Ad vltimum no. op. & vide
tur quod iure actionis possit agi de euictione, l. si fratres. C. com
munia vtrisq. ind. Sol. hic quando diuisio est facta a testatore: ibi
quando a partibus, vel a iudice. quod no. Et ratio, q. diuisio te
statoris habet vim prelegati, & sed diuisio facta a partibus, vel a
iudice habet vim permutationis, q. nota, q. §. iste est singularis.

ADDITIONES.

ALEX. Mo. Et vide p Jm. in l. si dom. §. de euictiõe ad fi. ff. ti.
j. & istis adde casũ in l. heres preposto. ff. ad trc. & vide omnino Bal.
in d. l. cũ alienã. & limita istum tex. nisi prelegatũ veniret cõputan
dum in legitima, quo casu semper tenetur heres de euictione. La
sius est hic in l. scimus. in prin. & ibi hoc Bal. C. de inoffi. test.

ALEX. Op. ff. vide Bar. in l. qui rome. §. duo fratres in vl. q.
de ver. ob.

§. Pater certam. Si testator iubet heredem do
tem filie stipulari, intelligitur
ea moriente in matrimonio, non ea superuiuente. Itẽ sermo sim
pliciter platus intelligit. p prima vice. h. d. ad prin. concord. ff. de
pac. do. l. iij. ad fi. cõcor. ff. de reb. fig. l. bones. §. hoc sermone. Ad
fi. op. de l. fi sic. ij. de verb. obl. Dicit Old. q. ibi sunt verba negati
ue concepta. que extenduntur ad omne tempus: hic affirmatiue
concepta. quod dic vt colligit er his que dixi in d. l. fi sic. Quero. que est ratio in prin. ff. Bl. in verb. voluisse. dicit duplex. Prima. fauore dotis, l. ij. ff. de pac. do. Secũda. q. debitũ iure nature debet habere sine onere, l. quotiã in priorib. C. de inoffi. test. Sed certe si istã vltimã rationẽ inspiceres, iussus testatoris, quod heres dotem stipularetur, non valeret, quo ad legitimã. Itẽ iste q. non procederet hodie, q. debet habere legitimam iure institutionis. Est ergo attendenda sola ratio prima, cum hic ponatur qs filia erat exh̃data. Unde nõ dz habere legitimã iure institutiõis. Et intellige. q. hodie debet inferi causa exheredationis legitima.

r Restitutio que fit ante mortem non preiudicat pauperib. superuenientibus. cum illa debeat fieri post mortem.

§. A filia. Cui committitur electio persone cũ moriet
non potest ante tempus cũ effectu eligere. h. d.
Primo, ponit dictũ. Secũdo, duas rationes. Secũda ibi, propter
incertũ. Tertia ibi, nam in eum. Op. ff. eo. l. vnũ ex familia. in prin.
Sol. Ista intelligi debet secundum illam, q. electio valet, nisi re
uocetur: quod intellige, si ille electus reperitur viuus tempore
mortis: alias secus. l. filiusfa. §. diui Seuerus. ff. ti. j. Oppo. de l.
post mortem. C. de fideic. Sol. ibi restitutio debebat fieri vni tan
tum. vnde ei potest restitui ante: hic debebat fieri restitutio vni ex
pluribus. Unde possibile est, q. ille electus tempore mortis nõ vi
a uebat. vt dicto. §. diui Seuerus. Est etiã aduertendum q. si quidem illa est restitutio fideicõmissi vniuersalis, ante tempus non transferuntur actiones per Trebellianũ, vt dixi in dicto §. diui Seuerus. & l. sed & si ante. ff. ad Treb. Si vero est restitutio fideicõmissi particularis, tũc valet, si in ea perseueretur vsq; ad mor
b tem, vt dixi. Nota bene istam legem in hoc §. contra illos qui
a bona que debent restitui post mortem pauperibus, ea ante resti
tuuntur: quia talis restitutio non preiudicat pauperibus superuenientibus post restitutionem, vt hic: quod est notandum.

ADDITIONES.

a ALEX. Non viuebat. Ad hoc vide vnam questionẽ per Ro. in consi. cccclij. inci. circa primum dicendum videtur quod quamuis domine Urbane. &c.

b ALEX. Mo. bene. Ang. tenet oppositũ in l. post mortẽ. C. de fideicom. vide Bal. in repet. l. j. ff. e. & adde Pet. de Anch. in consil. cxcv. inci. in Christi nomine amen. circa primum dubium est primo inquirendum &c. in secundo principali dubio, & vide Jo. and. in l. recusare. §. si quis alio loco in fin. ff. ad Treb. Adde que posui in dicta l. post mortem.

§. Fidei heredum. Manumissi ex causa fideicõ
missi, continẽtur appellatio
ne libertorum testatoris. h. d. Opp. de l. pater. §. j. ff. ti. j. & l. ij. de ali.
leg. Solut glo. ibi fuerunt manumissi iudicio heredis: hic iudicio
testatoris. hoc dicit.

§. Fidei tue. In fideicommisso relicto per verba gene
ralia veniunt etiam postea legata. hoc di
cit. Opp. de l. vroti. §. vroti. ff. ti. j. Sol. ibi in donatione facta inter
viuos. hic in prelegatis. vidistis clarius in l. sequens questio. ff. eo.
Opp. ff. ea. l. §. pe. vbi ordo scripture attenditur. Sol. Dicit Dy. ff.
de sol. l. nec enim. hic quando voluntas est certa, non curamus de
ordine. Certitudo autem apparet eo quod reliquit fideicõmissum
per verba generalia. Contraria loquuntur quando verba sunt du
bia. De hoc, an ordo scripture debeat seruari, dixi in l. ij. §. primus
autem. ff. de vulg. & pup. Oppo. ff. ad Trebel. l. Lucius. §. maritus.
Sol. vt ibi.

§. Volo predia. Filius naturalis in seruitute con
ceptus excludit substitutum. hoc
dicit. De hoc plene infra, ad Trebellianum. l. ex facto. §. si quis ro
gatus.

1 Dilatio data ad aliquid faciendum quod est nullum, non im
pedit processum.

§. Curatoris. Frustra legatur debitũ creditori a
debitore. Item dilatio in tẽpus nõ
perfecte etatis, creditoris fauore facta presumitur. h. d. Op. q. a
debitore possit legari. l. si pecunia. in fi. ff. ti. j. Solu. Potest legari,
scilicet alteri, quam futuro creditori. ita loquitur hic. Opp. qs va
leat legatum propter dilationem, que datur debitori. l. cum tem
pus. de reg. iur. Sol. dicit gl. no. hic dilatio non affert commodum
duplici de causa. Primo, q. fideicommissum nullum, ergo dilatio
1 nulla. quod no. & q. si iudex dat dilationẽ ad aliquid faciendum q.
est nullum, illa dilatio processum non impedit. Secũda ratio est. q.
cum ista dilatio sit de toto tẽpore etatis imperfecte, videtur appo
sita fauore fratris heredis, & ideo ei potest renunciare, & ante tẽ
pus petere. Facit ff. eo. l. si ita. §. Pegasus, & ff. de vsuris. l. in fideicommissi. §. cum Pollidius.

§. Ab instituto. Relicta ab instituto. videnf res petita a substituto. Op. de l. sub conditione. ff. de here. instit. Sol. Conditio. que respicit institutionē. non videtur repetita in substitutione. vt ibi: secus in cōditiōe apposita legato vel fideicōmisso, vt hic. Op. ff. ti. l. si quis a filio, z l. si cui. §. i. Sol. in repetione que fit per testatorem. non videtur reperita cōditio, vt ibi dixi: hic in repetitione, que fit per legem. ¶ Quero. cuius mōis hic expectatur: Quidam dicunt. substituti. z exponunt hic instituti. id est. substituti. Alii contra. quod instituti. ponitur hic proprie. Bl. non firmat. Sed ista vlti. est vera. Primo. per rer. istud cauillando eum. Secundo. per l. peculium. in fi. ff. eo. z facit ad questio. quam ibi dixi.

1 ¶ Legatum vniuersitatis iuris valet, etiam si incommodum contineat.
2 Legatarius vniuersitatis cauet heredi de indemnitate.
3 Legatum vniuersitatis equiparatur emptioni.
4 Legatum potest habere incommodum.
5 Legatum factum de taberna intelligitur de loco, non de mercantia, z quando veniat. nu. 7.
6 Legans mercantiam, videtur legare vniuersitatem creditorum, debitorum.
8 Apotheca pannorum legata, non venit mercantia.
9 Apotheca pannorum legata cum omnibus que ibi sunt, veniunt solum res. z non debita z credita.
10 Legatum factum de mensa, non comprehendit locum.

§. Mense. Legatum † vniuersitatis iuris valet, etiā si incommodū contineat. h. d. Ho. §. itē qui habet singularem materiam. Ho. q dixi in summario. Vidistis simile in l. cum filius. §. Lucio. ff. eo. vbi legatur hereditas. que simi liter est nomen iuris. Facit l. qui filiū. ff. ti. i. vbi legat Calendariū.
2 ¶ Ho. † q illa. cui legat hec vniuersitas iuris. dz cauere hr̄di de
3 indemnitate. Dixi in d. §. Lucio. ¶ † Ho. q tale legatū equipara
4 tur emptioni vniuersitatis iuris. ¶ Vltimo no. † q legatum pōt habere incommodū. Ad istud op. de l. Imperator. §. pe. ff. e. Sol. vt patet ex distinctione ibi posita. Op. q qui legat mēsam. videa tur legare locum. non vniuersitatē debitorū. z creditorum. l. qui
5 tabernas. ff. de cōtrahen. emp. Sol. Aliud est legare tabernā. † q est nomen loci: aliud est legare mensam. q est nomē vniuersitatis iuris. vt hic. z l. si ventri. §. in bonis. ff. de priui. credi. Et in vsu dici mus. talis habet tabernā. vel taberna illa est bona. nec loquimur
6 de loco. idē † puto si testator dicit. lego mercantiam meam. Hāc distinctionem. vtrum ponatur nomē quod significet locū. vel mercantiam. facit. Iurisconsultus. ff. de fun. instru. l. taberne. Sed contra predicta op. ff. de pig. l. cum tabernam. in prin. vbi appellatiōe
7 † taberne continetur mercantia. Preterea. in vsu videmus cū dicimus. talis habet bonam apothecam. vt intelligamus de mercā
* tia. * nō de loco. Sol. Verbum. taberna. habet se equiuoce tā ad locum. quam ad mercantiam. seu negotiationē. z in dubio videf quis legare locum. d. l. qui tabernas. fallit in d. l. cum tabernā. in prin. Ratio. q: in pignoribus maium vertitur preiudicium debitoris. si verba latius interpretāmur. nec enim in plus. vel minus tenetur: secus in venditione z legato: vel ibi ideo intelligitur de negotiatione. q: minus ius habebat in loco ne q̄s dominū directi. vel vtilis vel conditionis. vt ibi patet secundum diuersas lectu.
a ¶ Quero quid si testator dixit, † lego tibi apothecam meā pan
8 nariam. seu pannorū: Resp. non videtur legata mercantia: sed illa verba. pannorum. seu pannariā. videntur magis adiecta causa de
9 monstrationis loci. d. l. qui tabernas. ¶ Quero † quid si testator dixit. lego tibi apothecam meam pannorū. cū omnib. que ibi sunt. an videatur legata ipsa mercantia: Resp. nō vt sub nomine vniuersitatis. debita z credita debeantur legatario: sed videnf relicte res corporales. que ibi sunt. l. prediis. §. pater. ff. tit. i. q̄ no. Debet ergo dicere. cum omnibus que ibi sunt. cum debitis. z creditis: z debet vti verbis vniuersalibus. lego tibi mercantiā. vel men
10 sam meam. z similia. ¶ † Quero. vtrum legando mensam. videat legare locum: Bl. dicit. quod non. Facit. ff. tit. i. l. libr̄orum. §. charis. vbi si legatur bibliotheca librorum. ita q testator sentit de libris. non cedit armarium. z ille §. est multum vtilis ad illam materiam. scilicet quando testator vtitur nomine. quod potest intelligi de loco. z mercantia. quod inspiciatur mens testatoris.

ADDITIONES.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Mercātia. Vide concordantias per Elier. consi. clrii. vol. ii.
a ALEX. ¶ Quid si. Ho. quando testator dixit. lego tibi apothecam meam. z sequitur Bal. in l. in legatis. C. de leg. z vide Bart. in l. libr̄orum. §. pe. ff. ti. i. z in l. nam quod. §. i. de pe. leg. z Bal. in l. predia. C. de fideicōmiss. z Imo. in c. indicante. de testa.
1 ¶ Legatum rerum dotalium valet tanquam legati: in rei alie
2 ne. vnde estimatio debetur.
2 Due cause lucrative in eadem re diuersis temporibus concurrere possunt.

§. Pater filie. Si legat pater filie res, quas de in dotem filie. debetur estimatio rū. z earum. que ex his nate sunt. si sunt dotales: idem si res te legentur vroi. hoc dicit. secūdum gl. Ho. ista nouum c z bene. Dy. legit aliter. scilicet quod mancipia filie nō fuerunt ta in dotem: sed pater ei donauit. quando eam maritauit. z ne procedit similitudo de rebus donatis vroi ad res dotales. lie. vt vtroq; casu donatio cōfirmetur. z retro trahatur. f ructus. vnde partus debentur. Dixi in l. sequens questio. Op. secundā lect. gl. quod isti partus sunt viri. l. fructus. ff. ergo nō prestātur vroi. So. Dicit gl. q ei prestabitur estima
a q: testator pōt legare rem alienā. Sed cōtra hoc op. ff. l. §. qui inuita. vbi non est verisimile testatorē voluisse gravare de duplici prestatione. Sol. ibi testator legauit dotē. nec hoc tū hz tale cōmodū. q filia nō tenetur conferre. Lea demi. tre. C. de collat. nō aūt a coherede amplius cōsequitur. d.
1 uita. Sed † hic testator legauit res dotales. nō dotē. z tanquā legatū rei alienę. vnde estimatio debetur. vt hic. et solueretur matrimoniū filia recuperabit a viro. secūdum idē tenet Ja. de are. z Dy. z dixi in l. huiusmodi. §. cū pater. Refert ergo an pater leget res an dotē. Jdē videtur in §. q refert an leget pater centū. que dedit in dotē. an vero fuit centū. fm predicta. Ratio diuersitatis est. q dos est res ris. vnde nō pōt referri ad aliud. nisi ad illud ius. res vero dotales a dote. licet sint dotales. vt dixi §. in rub. sol. mat. intro gl. ex predictis sequif. q in eadem re cōcurrit duc cratiue. s. q: filia habebit ab herede patris. z etiā a viro dotis trimonio. Soluit gl. q: prout hz a viro ex causa lucrativa. Ista fol. nō euacuat cōtrariū. imo facit illud difficilius. nō hz a marito ex causa donationis: sed videf habere a causa lucrativa. l. fi. ff. si a socero. ver. at si neuter. frau. cre. z sic in eadē re ab eodē concurrunt duc
So. hic mulier primo cōsecuta est estimationē
2 z postea rē a viro. q nō est prohibitū. Vel aliter: lucrative concurrunt in diuersis temporibus. bitum. vt dixi in l. Meuius. §. duoru. ff. eo. probatur.
* j. de verbo. obl. ¶ Op. extra glo. * cum patri cōperat res dotales. videtur legare ius quod habebat in ff. tit. j. l. si domus. §. fina. z l. apud Julianū. §. si Titus. ideo. q: morte patris illud ius cōsolidatur in filia. mus. C. de rei vxor. actio. ergo non videtur pater filie cum sibi debeatur: z ideo puto q si pater fuisset stipulatus dotem. ita q in filia nō deberet cōsolidari. tūc legatū tare. vt pater videatur legare ius quod pro illis reb spem actionis de dote. quam hz soluto matrimo. ¶ gl. C. e. l. filia. Sol. ibi pater primo legauit. secūdo dotā tra. vt dixi in d. l. huiusmodi. §. cum pater. ff. tit. j. Op. pater legauit mancipia que in dotem dedit. ergo referri verba ad tēpus date dotis. nec in legato venit quę pro sunt. ff. e. l. Meuio. §. a me. Sol. possumus dicere. q ba testatoris sed legis. vel dicēdo q sunt verba testatoris ret contrarium. Sed possumus legere alio modo. dum Dyn. quod hic pater donauit. non autem in dotem. ideo continetur partus. q: donatio talis retro trahitur fructus: z hec est satis bona lec. sed tenendo opi. gl. esse. q: partus sunt tales. Hec obst. d. l. Meuio. §. a me latione ad tempus date dotis. legatum ampliatur. ideo referatur: hic ex tali ratione legatum minueretur. ¶ rem. §. sororī. j. tit. j. Sol. vt in gl. Op. de l. mora. in princ. Sol. vt in gl.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Sed contra hoc. Singulare dictum est dic. Barto. in l. huiusmodi. §. cum pater. ff. tit. i. j. quod nor. l. filia. in princip. C. de leg. z expresse Bald. post Od. in pater z vide Roma. in consi. suo incip. videamus primo quę ris de centum ducatis ipsius mercantie.
* CLAV. DE SEISS. ¶ Opp. extra gl. Vide ad hoc signan ter Roma. limitantem in consi. cclii.

§. Hereditatem. Per simplicem dilectionem tollitur ius fideicommissi tenetur quis de periculo rerum. vltra quam tenetur dicit. Oppon. q per diuisionē fit renunciatū fideicommissi
a Rome. §. duo fratres. ff. de verbo. obl. Sol. Vide §. pater. mo. quod isti erant rogati de restituendo extraneo. sic diuisio eorum non tollit fideicommissum relicti bium erat hic. q ille cui nomina obuenerunt in parte

i predia: vnde cum predia supersint, videbatur istū teneri inquā
um pro portione hereditaria sua ad heredem transtulerit, z illa
omina videnť habita loco cuiusdam pretij: sicut hic teneretur si
em vendidisset, ita z modo. Ad hoc respondet Iurisconsultus,
de periculo nominum, non tenetur, nec diuisio similis est vendi
oni: sed diuisio est quedam permutatio communionem discer-
ens. Ex hoc sequitur, q̄ quicquid habes a coherede meo, vt pu
nomina, vel aliud, succedit in locum partis quam habebam p
diuiso in toto. l. Imperator. in fi. cum. l. sequen. ff. eo. z ideo sicut
te diuisionem non tenebatur de periculo: ita post diuisionem
eo quod sibi obuenit in partem. Et hoc vult dicere tex. Secun
a potest legi, quod hic erant rogati de restituendo inuicem, z
nc obstat contrarium de v. §. duo fratres. Sed dic, quod hic
it simpler diuisio: sed ibi fuit dictum se nihil facturos contra
inisionem, secundum Dyn. Vel aliter: Ibi fuit male iudicatum,
ibi dixi.

ADDITIO.

LEX. ¶ Fratres. Vide Bar. ibi, in j. z ij. questio.

§. Filia mea. non videtur legare fructus, quos ipse
consumpsit. hoc dicit. De hoc dic, vt in l. cuz filius. §. Lucio. ff. eo.
quod nota.

☞ Dictum restringitur per rationem.

Testator habens filios ex diuersis matribus, si iussit quod equa
iter inter se diuidant, z vnus habet predium dotale, hoc non ve
it in diuisionem.

§. Dulcissimis. a* † Dictum restringitur per ra-
tionem. hoc dicit. Op. ff. e. l. Impe
ator. §. fi. z l. seq. Sol. hic propter rationem annexam restringitur
gatū. Facit ff. de calum. l. hec actio. z de acqui. posse. l. Pompo
ius §. fi. s qui. cui adde cōcord. ibi, z c. intelligētia, extra de verb.
gnifi. ¶ Inducb hunc §. ad questio. c † testator habebat filios
diuersis vxoribus, z ab vtra ꝫ dotes habuerat, z in testamen
o dixit, iubeo filios meos tempore diuisionis equaliter dividere.
r hoc insurgit dubiū, q̄ vnus ex filijs cuius mater habuerat in
otem predium, z pecuniam, volebat illud predium: alius contra
icebat, quod debebat equaliter diuidi. Dixi, q̄ illa verba, equali
er dividant, non porriguntur ad predium quod est vnius pro
rium, vt hic: z probatur in l. magis puto. §. fi. cum l. seq. de reb. eo.
Sed hoc operabitur, vt si dos erat in pecunia tempore diuisio
is, aliquis fratrum non vtatur perceptione, secundum formam
si filie. §. ij. ff. fa. ercis. Si vero testator vult, q̄ dividant omnia e
qualiter, etiam predia: hoc debet exprimere, vel dicere quod om
nia inuicem communicentur, vt j. eod. l. fi. §. Lucius, z infra ad
Treb. l. Lucius. quod nota.

ADDITIONES.

CLAVD. DE SEISS. ¶ Adde Barba. in l. cum acutissimi. C.
de fideicō. vbi dicit, q̄s etiam illud dicitur expressum, q̄s compre
henditur sub ratione. alle. l. si venditor. ff. de religiosis. z multa de ra
tione legis vide per Fely. in c. j. in j. col. de re iudic.

ALEX. ¶ Dulcissimis. Istum tex. limita per l. pater. §. fundum.
infra tit. j.

¶ Induco. Et vide Bar. in consi. inci. quidam habens bona cō
munia. z ad Bar. hic, adde v. meum Soc. in consi. cxxxv. in j. colū.
in princ. alias consi. cxxxvij.

ALEX. ¶ Hunc. §. ad q. Ho. quando testator habet filios ex di
uersis vxoribus z iussit eos equaliter dividere, dic vt hic per eum
secundum Imol. Quid autē si testator dixit, debeāt stare, z mora
ri communiter, vide Bar. in consi. inc. quidam habens bona com
munia.

☞ Clauium traditio in dubio censetur facta causa custodie. z
nu. ff. vbi quando ad dominij translationem.

Actus numero idem secundum diuersam intentionem, opera
tur diuersos effectus.

Clauibus traditis si iussit assignari, an importet dominij transla
tionem, vel possessionis.

§. Pater pluribus. † Traditio clauium, a z as
signatio rerum, in dubio
presumitur causa custodie. si titulus habilis nō precedit ad domi
nij translationem. hoc dicit. ¶ Opp. de l. clauibus ff. de contrah.
emp. z l. j. C. de don. Bl. dicit, refert quid dator clauium agat. In
gl. ff. parua super ver. foze. z sic dicit Old. ¶ Not. † q̄ idem actus
numero, secundum diuersam intētionem agentis, operatur diuer
e intelligat. Secundo casu, aut donatio fuit collata in vnum
beris, z revocatur vsque ad debitum bonorum subsidium. etiã
it inofficiosa re z consilio, [a] si liqueat C. de inofficiosa donatio
Aut fuit collata in extraneum, z tunc aut illi filio, qui vult re-
are, fuit aliquid relictum, z agit tantum ad supplementum le-
ne. l. omnimodo. C. de inoffi. testa. z no. in l. j, z in l. fi. C. de inoff.
a. Aut fibi non fuit aliquid relictum, z tunc aut donatio fuit
ficiosa re z consilio, z revocatur in totum. l. si libertus. §. pe. de
pat. Aut fuit inofficiosa re tantum, z revocaretur vsq; ad de
m bonorum subsidium. ita debet intelligi. l. j. ij. iij. z iiij. l. z cum
rationibus. C. de inoffi. do. ¶ Querit gl. † an ista donatio revo
ur ipso iure. vel querela proposita? z remittit ad no. i l. si totas.
e inoffi. do. Tu dic, quod revocatio, que fit ex presumpta vo-
tate donantis, per l. si vnquam. fit ipso iure adeo q res potest
dicari. z possessio condici, vt ibi no. Sed revocatio, que fit per
de inoff. dona. non fit nisi proposita querela. d. l. j. z quod ibi no.
de inof. do. ¶ Querit gl. † quid si diuersis temporibus donauit,
oltima tantum est inofficiosa, an omnes revocentur? Dic vt in
hic. z in d. l. j. C. de inoff. dona. z ibi per doc. z alia circa materiaz
officiose donationis, dic vt ibi per gl. z doct. ¶ † Ultra eam ta-
m, z ea que tanguntur per eos, quero, quid si hic filius, cuius
atio est extenuata per donationem, fuit heres institutus. z here
tatem agnouit, an possit agere ex titulo de inoff. do. Resp. agere
test ad supplementum, vt no. in d. l. j. C. de inoffi. do. Pro hoc C.
quid in frau. petro. l. j. z ij. vbi patronus licet sit heres, potest re-
care in fraudem alienata. Pro hoc C. de rei vendi. l. cum a ma-
. z l. simus. §. in computatione. in glos. magna. C. de iure delib.
† Quero, mater[b] z pater [c]. qui donauit inofficiose, iurauit non
nire contra, an filius potest agere querela? Resp. quando con-
actus infirmatur ratione alterius, nunquam iuramento contra
entium confirmat, quia esset in alterius dispendium. vt extra de
ac. c. quamuis. de iureiu. c. licet, lib. vj. sed hic donatio inofficiosa
firmatur fauore filiorum: ergo, &c. ¶ † Quero, dixi, q donatio
cta vni er liberis, non revocatur, nisi vsq; ad legitimam. d. l. si to
s, quid si donatio[d] est facta vni monasterio[e], an propter liberos
peruenientes revocetur in totum, vel vsq; ad legitimam? Decre
im dicit, q non habet necesse reddere, nisi legitimam: sed si vult,
otest reddere totum, rvij. q. iiij. c. vl. z allegat gl. C. de epis. z cle. l. si
nis ad declinandam. ¶ Quero, vtrum [f] l. si vnquam. C. de revo.
o, possit renunciari, vt puta, dono bona mea, z volo q propter
peruenientes liberos non possit revocari? Resp. potest quantũ
d illam revocationem, que debet fieri ipso iure, per d. l. si vnquaz.
ed non quantum ad revocationem faciendam per ti. de inof. don. q
fit donatio in fraudem filiorum. Primo probo. Revocatio, que fit
per l. si vnquam. fit ex presumpta voluntate donantis propter libe
ros. z d. cap. vlt. §. alle. dicit de muliere, que filios non habebat. nec
habere sperabat. Unde si expresse voluit, q in casu existentium fi
liorum non possit revocari, ille leges non habent locum. [g] ¶ Que
ro quid si in dubio h quis donauit, simpliciter, postea habuit li-
beros. an ille qui donauit, habeat necesse probare, quod non cogi
tabat se habere filios. an alius cui donauit, habeat necesse proba
bare quod voluit istam donationem valere, etiam existentibus libe
ris? Istud vltimum vr probari, quia masculum z feminam natura
produrit, vt liberos procrearent. l. maritimum. C. de liber. preter. z l.
si. fol. ma. Dixi cum de facto haberẽ, quod tres sunt casus. Quan-
doq; quis cogitat expresse se habiturũ filios [h] z non habet locum
d. l. si vnq;. Facit l. tale pactum. in fi. §. de pac. Quandoq; quis do
nat, z non cogitat de hoc, vtrum sit habitur[i] filios. vel non: tunc
si liberi superueniant, habet locum l. si vnquam. Quandoq; quis
credit se non posse habere filios, z tunc habet locũ d. c. vl. §. alle. qs
dicit, nec sperauit se habere filios. Sed ille non cogitat sic, vel nõ
putat se habiturum filios, cum habuit animum indifferentem, nec
ad aliquam partium cogitauit. pro hoc j. de fur. l. falsus. §. si iactũ.
¶ † Quero. l. si vnq;. loquitur de eo, qui donauit omnia bona sua
vel partem bonorum: quid si donauit vnam rem. [k] an habeat locũ
d. l. si vnq;. Resp. sic, nam l. si vnq;. loquitur in omnibus bonis, vel
parte bonorũ: sed pars bonorũ est idẽ q certa res, q nõ continet
debita vel credita. l. non amplius. §. fi. §. ti. j. maxime in contractib[us]
inter viros. l. mulier. in princip. §. de iure dot. z hoc quando dona-
tio est facta extraneo: secus si vni filio, vel loco pio, q nõ revocare
tur, nisi excederet * debitum bonorũ subsidium. per ea que diximus §.
¶ † Quero, pone, [m] filij sunt nati. z sic donatio est revocata ipso iu
re, deinde incontinenti sunt mortui, an ista donatio reconfirmetur.
Istum passum reperio tactum per Mart. de Fano. z videtur. q
confirmetur. l. posthumus. de iniust. testa. z l. femine. in fi. C. de secũ.
nup. pro hoc omnes leges, q dicũt, cessante causa, cessat effectus.

¶ In contrarium, q non confirmetur. q sicut actio semel extin-
cta non resuscitatur: ita donatio semel extincta nõ recõualidatur
l. Meuius. §. duorum. §. eo. l. qui res. §. aream. j. de sol. Pro hoc vi
detur casus. j. ad Treb. l. heredibus. in prin. de ope. lib. l. que liber
tinus. §. amissi. z l. iij. C. quando dies leg. ee. Non ob. l. posthumus,
quia ibi confirmatur testamentum de equitate pretoria, que equi-
tas hic nõ reperitur scripta. Nec ob. reg. cessante causa, &c. q illa
loquitur quãdo causa cessat ante effectum consummatum. Secus
* si effect[us] * est cõsummat[us]. l. fi. j. vnde li. sed filio nato, ipso iure est re
uocata donatio. z sic effectus est consummatus. Pro hoc text. in
d. l. si vnq;. vbi dicit, mansurũ. q. d. non recessurum dominium etiaz
filijs morientibus. Non obst. l. femine. quia lex ibi vltra procedit,
11 ¶ † Quero, mulier[b] donauit[c] simpliciter, z iurauit se nõ revocatu
u rã illã donationẽ nati sunt filij postea, an iuramẽtũ revocationem
o fiẽdam impediet, p d. l. si vnq;. In hoc puncto do. Recu. de sancto
Miniato. z Fran. de pig. z ego consuluimus. q per tale iuramen-
tum non impeditur revocatio. Nam illa revocatio. l. si vnquaz ex
er presumpta voluntate que est vt si de liberis cogitasset, non do-
nasset. Sed ista eadẽ cõditio inest in iuramẽto: ergo nõ impedit re
uocationem. in simili in l. fi. C. de non nu. pe. z l. fi. §. qui satisda. cog.
z j. ad munic. l. fi. in prin. z l. fi. qui z a quib. z illud quod doc. dicunt,
quando quis iurauit non petiturum reduci arbitramentum ad ar
bitrium boni viri: quia intelligitur, si iuste arbitratus fuerit. l. si li
bertus ita iurauerit. de operis liberto. z in c. quintauallis. extra
de iureiur.

ADDITIONES.

a ¶ Re. z consi. Adde Ro. consi. xcv. z Bald. consi. ccccl xj. ij. li. z ibi
an revocetur ipso iure.

b ALEX. ¶ Quero, mater. Ho. limitationem. quando contractus
infirmatur ratione alterius. non firmatur iuramento contrahen-
tium. Adde quod no. Bar. in l. hac edictali. in prin. de sec. nu. z no.
per Bar. post gl. no. in l. inuitus. §. j. de re iu. z vide quod no. Bal.
in l. ij. C. de do. z cum Bar. transit Bal. in l. j. C. de inoff. do. z Lud.
in consi. inci. in Christi nomine, non est dubium q donatio, &c. vbi
hoc firmat. vt ibi per eum.

c POMA. ¶ Et pater. Adde secus quando pater donaret cum iu
ramento vni ex ipsis. q. hic tractatur de preiudicio alterius. De
quo per Aler. consi. cl. incip. viso instrumento. in ij. vol. Are. consi.
lxxvij. inci. in facto proposito ad fi. z in l. placet. de acq. her. Aler. in
l. si donatus. z ibi per mod. C. de coll. Jas. in l. frater a fratre. in fi.
ff. de cond. indeb. in quibus consistit donatio inter patrem. z filiũ:
vide Aler. consi. cliij. in ij. vol. Are. consi. xvij. in iij. vol. Bal. in cõ
si. xxvj. in iij. vol. z ista opi. Bar. est communis, licet de ea dubita
uit Fulg. consi. cxcix.

d AND. BARB. ¶ Donatio. Et vide gl. in c. fi. de do. z ibi doc.

e ¶ Monasterio. Adde videndum Bal. consi. cccxlj. ij. lib.

f AND. BAR. ¶ Quero vtrum. Et vide pro hoc Bald. l. j. C. de
inof. do. z que dixi in repe. c. Ray. de testa.

g ¶ Non habent locum. Adde Ro. consi. xxvj. vbi pulchre, quem tu
vide consi. cclxix. in fi.

h AND. BAR. ¶ In dubio. Et vide Jo. de Imo. in c. fi. de do.

i ALEX. ¶ Filios. Vide Bal. in d. l. si vnquam.

k POMA. ¶ Quero. l. si vnquaz. Vide Aler. z doc. in simili in lege
generaliter. §. cũ autẽ. C. de inst. z substi. z ibi de hoc per Jas. Aler.
consi. lxxj. in iij. vol. Facit gl. in l. j. in prin. C. de do. causa mor.

l ¶ Unam rem. Adde Bal. consil. lxxxij. j. li.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Nisi excederet. Contrarium tenet Bal.
in l. si cum vel in vtere. C. de testa. milit. q imo. l. si vnquam. habeat
locum quando saltem medietas bonorum fuit donata.

m AND. BAR. ¶ Quero, pone. Sed Bal. in l. j. C. de inof. do. dicit
q si pater vixit tanto tempore. quo potuit revocare donationem,
non procedit dictum Bar. alias secus. Vide ibi per eum, quem se
quitur Jo. de Imo. in c. fi. de do. vt oriatur inde exceptio. Tu vero
considera, q? Sal. in l. fi. C. de pac. dixit q si filia renunciauit here
ditatem paternam respectu filiorum, z filij sunt mortui, aut ipsa fa
cit q non obstante dicta renũciatione poterit venire ad heredita-
tẽ paternã, q? cessante causa, &c. alle. in ar. l. iubemus. C. ad Velleia.
Facit l. si actione. C. de pac. tenet Bal. in l. pactum. C. de col. Lud.
Ro. in l. qui superstitis. ff. de acqui. her. ita dicamus in casu nostro.
POMA. ¶ Vide multa ad confirmationem per Jas. in l. si quis
heredem. C. de insti. z substit. ALEX. ¶ Adde Bal. in l. j. in vlti.
col. C. de inof. testa. z adde Bal. alle. consi. cccclxj. ij. lib.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Secus si effectus. Adde ad hanc limi
tationem Bal. in l. vbi adhuc. C. de iure dot. z Aler. in l. si constan-
te in prin. in vlt. col. §. fol. mat.

n ALEX. ¶ Quero mulier. Idem tenet Bal. in l. j. de inof. do. in vl.
q. bene facit quod no. Bar. in l. hac edictali. in fin. prin. de sec. nup.
z cum Bar. hic transit Ro. in consi. inci. in Christi nomine, non est
dubiũ q donatio maioris partis, &c. Adde. Oldr. consi. alle. lxxiij.

& de muliere simpliciter donante cum iuramento, per eundem cõsil.ccxxviij.

o POMA. ¶ Donauit. Vide Alex.consi.lxxj.in iiij.vol. Ro.consi. xxvj.in iij.dubio. Fel.in c.intimauit.in j.not.de testib. Roma.consi. cclxxix.

r ☞ Reuocatio donatoris an sola sufficiat.

§. Lucius. Js.cui donatur inofficiose.pōt onere fideicommissi grauari. Item querela pōt in modum replicationis proponi.h.d. ¶ Ho.q illud quod permittitur contra voluntatem defuncti, multo magis debet permitti fm voluntatem. Opponitur qđ ista donatio non reuocetur, nisi proposita querela.vt ŝ.proxim.ff.& C.de inoff.dona.per totum. ergo nō potest per modum replicationis proponi.l.exceptiones.in fi.ff.de excep. Sol.pōt dici illud verū, nisi testator reuocauerit. Sed tūc op.q̄ non pōt venire cōtra factum suum.l.post mortē.ŝ.de ado.& l.post perfectam.C.de dona.que sub modo. Resp.illud verū, qñ donatio valet omnino.ff hic poterat aliquo modo reuocari. Fateor tñ quod sola reuocatio defuncti non sufficeret, vt in contrario: ff voluntas defuncti mista cum voluntate legis, bene inducit reuocationem, vt hic. Vel dic q in ipsa reuocatione proponetur querela[a]. Simile in querela inofficiosi testamēti.l.¶ Papinianus.ff.si filius.ŝ.de inof.test. Idem in petitione restitutionis in integrū.l.nā & postea.ff.si minor.ŝ.de in integ.vt ibi diximus. Facit l.si preteritus.j.de contrata.& ibi dicam. Ex his apparet soluta qō, an ista reuocatio patris, irritet donationem, que tangitur hic in gl.que inci.venit, &c. Nam sola reuocatio non sufficit, sed illa mista cū potestate cōcessa filio a lege. vt hic. ¶ Vltimo posset queri, quādo querela inofficiosi testa. vel inofficiose dona. vel cōtra tab. vel resti. in inte. proponitur per modū exceptionis, an sit opus noua contestatione, vel an sufficiat prior litis contestatio in causa in qua opponitur exceptio earum: Cogitabitis. Bar.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Querela. Adde Bal.in l.j.de inoff.don.facit l.iij.& qđ ibi no.C.eo.tit.& ibi aliquid dixi.

LEX XC.

r ☞ Sententie verba non deberi id quod testator in vsus suos conuertisset, intelliguntur ita: q conuersum duraret.

Jtem Lucius. In legato vniuersitatis cedit & ea deducitur, si in eam postea redigatur h.d. Op.ŝ.ti.j.l.si ita, ff.si.vbi domo destructa. postea p testatorē refecta. nō debetur. Solu. ibi loquit in legato singulari: hic in legato vniuersali. Vltimo no.tex.in prin. ff.ad verba sententie que dicunt non deberi, id q testator in vsus suos cōuertisset. quia intelliguntur ita quod conuersum duraret tempore mortis, quod potest facere ad multa.

r ☞ Nudus minister nullum commodum sentire debet.

a Testator si legat decem pro eundo in passagio ad terram sanctā, legatarius non petit statim, sed quando fiet transitus generalis. Dictio pro, facit modum.

r §. Ulterius. ¶ Nudus minister nullum cōmodum sentire debet. h.d. Op.q illud quod nō est expēsum, cedat cōmodo Lucij, nō heredū. l.creditor. ff.si inter. ŝ.mā. Dicit gl.q hic fuit nudus minister, in contrario secus, qz poterat sustinere cōmodū z incōmodū. Hec non videntur vera, qz hic verba dispositiua fuerūt in ipsum Titiū collata, z sic non est nudus minister, l.si quis Titio. ŝ.eo.z ibi dixi. z l.Sulpitius, de don. inter virum z vxo. Dic ergo, q hic ratio est qz actus propter quez legabat pecunia, nō habet expensam limitatam. ¶ Potest enim plus vel minus expendi fm voluntatē facientis, quia posset sepelire defunctū cū vna candela, z etiā potest habere plures cereos. Si igitur minus expēdatur, videtur per eum stetisse, z residuū non lucratur. In contrario, actus qui iniungebatur, habebat limitatas expēsas

a ¶ Dy. inducit istū ff.ad q.testator reliquit alicui decē pro eundo

z in passagio terre sancte, ille statim petit legatū, heres nō vult dare, sed vult expectare tēpus quando fiet transitus generalis, queritur quid iuris. Videtur q incōtinenti debet habere prestita cautiōe de implendo modū, qz dictio pro, facit modū. vt hic. Facit l.si qs pro redēptione. C.de vo. ¶ Pro hoc facit l.si tibi.j.ti.j.z de cōd.z

b dem.l.quibus diebus.ff. Termilius. In cōtrarium[b] q debet expectari quando fiet transitus generalis, ex presumpta voluntate defuncti, facit in arg.l.nec semel.ff.si in habitatione.j. quando di. leg. ced.z in hoc residet Dy. De hac dictione pro, an faciat modum, diximus in l.quibus diebus.in ff. Termilius. de cond.z demon.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Dy. inducit. Vide Dy.z Jmo.in d.ff. Termilius.z de predictis vide Bar.in consi.inci.Bar.de Tuderto. adde Pau.de Ca.consi.ccxliij.

b POMA. ¶ In contrarium. Vide Jmo.consi.ccxliij.

r ☞ Statutum disponens q habeat locum in preteritis z futuris, non habet locum in preteritis suitis.

§ Que marito. Quz iniunguntur onere z futura, intelligitur de precedentibus nondū finitis. h.d. ff.ot. quod dixi in ff. est notabile pro determinatione quā pono in l. omnes iust.z in.vt si dicatur in statuto, q habeat locū in preteritis, q per hoc nō trahitur ad preterita finita, vt hic. finita, scz per sententiā, vel transactionē. l.causas. C.de videtur casus, z videtur tert.in l.ij.in fi.C.de vet.ac. cu essent solutione finita, vel acceptilatione, l.cum quere sol. Ho. quod creditores dimissi de fructibus non putatione cum legatur heredibus, dixi in l.cum filius. co. Op.j.de condi.z dem.l.quibus diebus. ff.j. Sol. hic missi creditores de fructibus, ibi alibi, vt ibi no.

§. Quisquis. Legatarius per quem non stat nus impleat modum, etiam si fi sum, admittitur ad legatū. h.d. Quero, cum iste Pamp mittatur ad partē quātum habebit? Sl. dicit, primo habe dimidiā. z dimidiā alterius dimidie. Illa enim quam il functi habiturus erat iure hereditario, accrescit heredi cas. q coheres defunctus nō erat habiturus illam partē bi iure hereditario obueniebat: sed accreuisset collegatarii tū. ff. heredi. ŝ. de le.j.z l.plane. ff.si duobus, eo.ti. In casu ff. Samphilus habiturus est totam medietatis medietatē habebit iure accrescendi. q sibi acc etiā si collegatarius idemq; heres vir esset, scilicet p̄our bat iure hereditario. Aliā dimidiā illius medietatis, qđ habitur[a] erat iure prelegati. habebit iure accrescendi, res decessit ante diē legati cedentem. z sic ille habebit cunt. q coheres superuiues quasi cōiunct[a] re z verbis tā dimidiā Lucij; defuncti. qđ Dy. reprobat, qz ff. erat re z verbis coniunctus per dictionē cum. l.

1 ☞ Impediens testatorem instituere qua actione conuenire potest.

§. Sempronia. Qui factū heredis impugnat testamentum, gato. h.d. Op.j.de his. quib. vt indig. l.post legatum impugnauit testamentū. vnde est indignus le ex testamēto: hic vero impugnat factū heredis dependet, secundum gl.z bene. ¶ Quero, qua tum conuenire pōt ille qui impedit testatorem gradu. Sl. dicit, actione de dolo, vel in factū dictione ex lege, ad duplum, auth. vt nul. indi. Item hoc intellige, quando quis hoc facit malitiose do sermone[b] testatorem indurerit ad hoc faciendum. ff. ali. re. proh. z ibi dixi *de hoc. Et facit ff. iste ad q.no. per ni. l. Titio, z per gl.z doc. C. arbi. tute. l. quicquid.

ADDITIONES.

a IO. FR. RV. ¶ Ad duplū. Adde q contra Bar. Ray. z Bal. hic. Iz Jmo. tenet cū Bart. Ang. testa. probibu. vbi Jas. dicit q opi. Bar. est vera. z

b ALEX. ¶ Blando sermone. Quid iuris sit in sacramentis verbis facit testatorem, ecclesiam. vel seipsum pena excommunicationis punitur, vt est casus in

* CLAV. DE SEISS. ¶ Ibi diximus. De hoc adde Pau. de Ca. z Alex. in l.iij. ff.si. ŝ. de cōd. ob causa. quesitum, j. ad Trebell.

§. Testator. Solutum ab herede plus ad incommodum aliorum h.d. secundum primam lec. Vel aliter. Solutio aliquorum facta ante diem, nō preiudicat heredi, vt alia soluere teneatur. h.d. Ad secundum casum op. de auri testator. C. ad l. falci, vbi si soluitur vni plus debito, Falcidiam, debet solui alteri Sl. dicit, ibi soluit plus re. Tu dic, quod ibi soluit, erat debitum iure ciuili diam: sed naturaliter erat debitum secundum l.j. C. ad l. fal. Unde soluēdo vni videtur omnia integre le, z defuncti voluntatem agnoscere: hic vero solui contra defuncti voluntatem. Op. de l.j. C. de iudei. le fauore alimentorum.

§. Lucius. Plus coniuncti admittuntur ad tiones, si res prohibentur alienari miliam. h.d. Opp.ŝ. de vul.z pupil. l.fi pater. z ff. usufr. accre. z l. interdum. ŝ. de he. inst. z C. de impub.

a l.fi. Sol. dicunt quidā. q liberti admittūtur[a] in dietatis sue, z sic inter omnes habebant dimidiam dimidiam, quod est contra hunc textum. Unde q hoc est propter illa verba, quos testamento detur idē, ac si omnes in testamento nominasset. z in l.fi. C. de impub. z alijs subiti. in iij. oppositio.

em si pater. ff. de vulg. & pupil. & contra l. a certis. cum glos. j. de
bus reis. vnde gl. sol. hic aliter. q; hoc ideo. quia vetuit aliena
extra familiam. per quod presumitur voluisse cuiq; dari virilem
magis voluerit prouidere familie. quam Seie. que erat extra
. & ita tenet Dy. ¶ Op. q; ista Seia preferatur omnibus a
tanquam nominata. l. cum ita. ff. fi. ff. eo. Sol. Hic Seia non e
de familia, alias preferretur, vt in contrario.

ADDITIO.

LEX. ¶ Admittuntur.] Per Bar. in l. vnica. ff. vbi autem. C. de
tol.

Legatum factum pro dote quando duplicetur.

na que venit duplicanda per statutum, non duplicatur, si est
pecie.

na temporalis. an duplicetur vigore statuti duplicantis pena.

Impuberem. Duplicatio legatorum trahitur ad legata, que cõsistunt in quan
te. non ad ea, que consistunt in specie. h. d. Opp. de l. plane vbi.
d si non corpus. ff. tit. j. Sol. Hic dos consistebat in specie, non
quãtitate, fm gl. Vel aliter. Mulier inuitatur ad dotẽ, vt ad es
enim. secundũ aliã sol. gl. in verbo sensisse, Tu dic, aut dos con
tebat in specie, & sine dubio non debet duplicari, vt hic in prima
l. Aut cõsistebat in quantitate. & tunc aut testator legauit dotẽ,
ut quãtitatẽ certam pro dote. Primo casu. dos non duplicatur,
est quoddã ius. sicut hereditas, & peculiũ. & similia, l. q; dicit. ff.
impu. diri. ff. eodem l. cum pater. ff. pater filie. Si vero legauit
ntitatẽ pro dote, tunc duplicaret, per istũ ff. Nec ob. q; admittit
ades alienũ. q; in toto consistit legatum, l. debitor. ff. eo. in prin.
Vltimo no. a pro statutis que loquuntur de penis duplicãdis,
non intelliguntur de penis consistentibus in specie, sed in quan
ate. Et sic si statutum dicit si quis furatus fuerit in festo sancti
erculani, amputetur ei man⁹. & si fuerit de nocte, pena duplicet,
ei non debet amputari alia manus, sed vna tantũ: secus in quã
atibus penarũ. quod diri in l. Venius. ff. duorum. in vlt. q. ff. eo.
Quero, quid in tẽpore? Dicit statutũ, q; qui percusserit aliũ
platea, stet ad cõsinia p; duos annos: aliquis percussit in platea
nocte. adeo q; pena debet duplicari, an duplicetur tempus. Di
in l. in senatusconsultum. ff. fi. j. ad Turpil. vbi vide. (& hic est ca
s. Sed istud tempus. quod stet per tantum tẽpus, &c. est ne quã
tas: & videtur, quod sit vt quantitas. Si vero dicit statutum, vt
et per decem annos a die maleficij commissi, vel a die conuicti:
nc quando circa certum tempus opponitur. pena non duplica
ur, d. l. senatusconsultum. in fi. sed fi esset in potestate stare ad con
nia in genere, vt quibus annis tibi placuerit: non a tempore isto
q; ad illud: tunc crederem. q; ista pena duplicaretur. Tene men
. quia nescio si statuta in hoc prouideant.)

ADDITIO.

ALEX. ¶ Vltimo no. Vide Bar. in l. sanctio. j. de penis.

§. Cinibus. Si legatur nomen debitoris, heres liberat cedendo actionem. h. d. Op. gl. de l. Paulo
Callimacho. ff. fi. j. ti. j. Sol. vt in gl. Op. de l. quidam testamento. in
prin. ff. ti. j. Sol. hic fuit legatum nomen: ibi post legatum perfectũ
fuit adiectum vnde solueretur.

☞ Verbum pertinere, an sit obliquum vel directum, quod sit
commune.

§. Filiam ex asse. Relictum in defectũ institutorũ, videtur relinqui a venientibus
ab intestato. Itẽ verbũ. pertinere, trahitur ad fideicõmissum. h. d.
Vide gl. super verbo, partis dimidie, que exponit, id est, que est di
midia pars. & eã nota. Si eñ lego dimidiã fundi, vel partẽ fundi.
video: legare dimidiam. l. nomen. ff. portionis, j. de ver. sig. Et ea
dem ratione, si lego dimidiam portionis, video: legare dimidiam
dimidie, secundum propriam vocabulorum significationem, quod
ista gl. remouet. Hoc examino in l. plures. ff. de dam. infe. ¶ Mo. q;
verbum, pertineat, est obliquum. In cõtrarium q; sit defectiuum,
probatur in l. licet. C. de pac. & extra de test. c. Raynutius. & quod
ibi no. per Inn. super verbo, pertinere, teneo q; sit verbum com
mune. quod diri in l. Centurio. de vulg. & pup.

☞ Testator si confessus est debitum in testamento, an ipso con
valescente, possit agi ex ipsa confessione.

§. Quisquis mihi Confessio debiti facta a testa
tore non probat debitum, sed
fideicommissi portionem inducit. h. d. Op. q; inducit probationẽ,
cum quis. ff. codicillis. j. ti. j. So. ibi iurauit, & ideo probationem,
inducit: alias secus, vt hic, & l. Lucius. ff. j. ff. ti. j. Per hoc reprobo
opi. a Pe. quam Cy. refert in l. generaliter. C. de non nu. pec. scilicet
si testator b in testamento confitetur debitum, & postea superuiat,
q; per ipsam confessionem, contra ipsum inducitur probatio debi
ti. secundum eum quod est contra istum ff. & contra l. Lucius. ff. j. ff.
ti. j. & contra l. Aurelius. ff. fi. ff. de lib. leg. Hoc etiam ponit Jac. de
Bel. in auth. de iureiur. a moriente prestito. Et ista vera, nisi pone
rem partem presentem tempore confessionis, vel interuenisse mu
nium. vel epistolam, tunc enim induceretur probatio, l. j. C. de con
fes. & ibi no. & l. Publia. in fi. ff. depo.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Reprobo opi. Quid si testator dt se debere i testamẽ
to. & postea superuinat, an ex illa cõfessiõe poterit cõuenir: late p
Ant. i c. fi. de cõfes. & adde ter. & qs ibi Bar. i l. qui vroni. ff. de aur.
ar. le. Bal. i l. instrumẽta. & in auth. ibi posita. & in l. rationes. C. de
prob. vide Bal. in l. j. fa. ercis. adde an possit agi ex cõfessione facta
in testamento si superuinat, & illud reuocet, Bal. consi. cclxxx. h. li.

b AND. BARB. ¶ Si testator. Et vide Bal. in l. generaliter. C. de
non nu. pec. & in rep. l. j. C. de confes. An autem oriatur exceptio, vi
de gl. in l. non solum. ff. si liberationis, de lib. leg.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Jac. de Belui. Et ita communiter tene
tur, vt refert Aler. consi. cliij. in fi. vol. ij.

a **§. Lucius Titius.** Verba generalia etiam in beneficijs restringuntur, vt
odiosa non comprehendantur. h. d. secundum Jac. de Are. Vel ali
ter. Offendentibus. non probantibus sequens meritum, legatum
non debetur. h. d. secundum Dy.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Lucius Titius. Vide quid per istũ ter. dicat Bart.
consi. xv. in ij. vol. & consi. xix. v. vol.

§. Dame. tor legauerat, debetur ex primo testamẽto, nõ
ex secundo. Item appellatione filiorum continentur naturales in
seruitute concepti. h. d.

LEX XCI.

1 ¶ Onus impositum, quando est nullum, an annulletur legatũ.

Si dicillis. Si onus iniunctum legatario est inutile, mista consideratio
ne testatoris & fideicommissarij, legatus efficitur inu
tile quo ad dationem, & non quo ad retentionem. h.
d. & est singularis casus. Op. quod a legatario possit
legari seruo testatoris, cũ possit etiam heredi. vt ff. ad legem Falci.
l. si a me. Solu. ibi quando legatur heredi post tempus, secus si in
continenti. Tunc enim non valet, quia legatum nullum haberet
commodum. vt hic. ita debet intelligi d. l. si a me. & quod no. ff. de le.
j. l. plane. ff. si duobus. Op. & videtur quod vitiato onere vitietur le
gatum. etiam quo ad retentionem. l. si quis. quos. ff. eo. vbi indistin
cte dicitur nullum legatum. Bl. dicit, intelligo illam secũdum istã.
Mihi videtur quod illa lex debet intelligi simpliciter, & soluo sic,
hic onus est nullum, mista consideratione testatoris, & fideicom
missarij, quia seruo proprio relinquebat: & ideo non est nullum ip
so iure, quia de equitate debet dari ipsi seruo. l. pe. C. de necess. here.
instit. & quod no. in l. si Titio, & ei. ff. eo. & l. plane. ff. si coniunctim. ff.
ti. j. Sicut ergo eius non est omnino nullum, ita nec legatum: sed
adhibetur quedam media via, que hic ponitur, scilicet, qñ sit nul
lum quo ad petitionem, non quo ad retentionem, sed in l. si quis,
quos. erat onus totaliter inutile, & per consequens legatũ. ¶ Op.
de l. si quis eum. ff. de condi. & dem. Bl. dicit. intelligo illam secundũ
istam, scilicet quod ibi sit validum quo ad retentionem, nõ quo ad
actionem. Ista videtur contra illum tertum. vbi dicit, quod si a le
gato non repellatur, &c. Et sic innuit, quod nec exceptione repelli
tur, & sic valet etiam quo ad actionẽ. Hic ergo, quod ibi onus fuit
iniunctum post aliquod tempus, & ideo voluit testator, quod ali
quod commodum remaneret penes legatarium: vnde licet fideicõ
missum sit nullum, legatum tamen est validum, quia voluit testa
tor apud eum commodum remanere. Sed ista sol. videtur contra
dictam l. si quis, quos. ff. eo. vbi penes legatarium voluit testator
remanere commodum iure patronatus. Sol. illud tale commodũ
non attenditur, l. nemo predo. ff. locupletior. j. de regulis iuris, & q
uo. in l. plane. la ij. ff. fi. ff. ti. j. ¶ Op. de l. pater. ff. Tusculanus. j. ti.
j. Sol. hic onus ab ipso initio deficit. ibi ex post facto. De intelle
ctu istarum legum, no. gl. C. de cadu. tol. ff. in nouissimo. in fine ma
gne gl. & etiam in ff. j. ¶ Op. impossibilitas remouetur de legato,
& legatum remanet validum. l. si mihi & tibi. ff. proculus ait, si quis
seruos. ff. ti. j. & de condi. & dem. l. obtinuit. & licet ibi loquatur de im
possibilitate adiecta in modum conditionis, que legatũ nõ vitiat,
multo magis nõ debz vitiare impossibilitas adiecta per modũ modi
vel fideicommissi: qz minus suspendit. Unde Pet. dicit, quandoqz
onus iniunctũ legatario, est nullũ ratione impossibilitatis de na
tura, qz est turpe: vel de iure. vel contra bonos mores, & tunc talis
impossibilitas reiicitur, vt in cõtrarijs: sed hic onus adiectum nõ
est nullũ ratione turpitudinis. vel qz contra bonos mores: sed qz
lex sibi non assistit. Similia verba ponit Dy. in l. quidam cum fi
lium. de ver. obli. Et ista sol. recitatur per Cyn. C. de cad. tol. ff. pro

secundo,in viti.q.Ego diri latius in l.j.ſ.de condi.inſti. ¶Vt iſta materia liqueat.ſcz,qñ onus impoſitũ eſt nullum,vtrũ annulletur
1 legatum.gl.diſtinguit hic.Tu dic latius.[a] Aut onus impoſitum
2 legatario eſt ab initio nullũ.aut annullatur er poſt facto.Primo caſu.aut teſtator voluit ad legatarium aliquod commodũ pertinere.pura.interuſurũ medu rẽpotis.z tũc licet annulletur onus, non annullatur legatum.l.ſi quis eum,j.de condi.z demonſt.Aut noluit ad cum commodum pertinere,z tũc aut onus annullatur ratione impoſſibilitatis de natura,vel de iure.vt quia turpe,z nõ annullatur legatũ:quia impoſſibilitas debet remoueri.l.obtinuit, de condi.z demon.z C.de inſti.z ſubſti.l.reprehendenda.z l.j.ſ. de condi.inſti.z ſ.tit.j.l.ab omnibus.ſ.j. Sed ſi modus impoſſibilis non contineret turpe,ſed reſpiceret aliquem actum pium,tunc debet in illum tranſmutari.l.legatum,j.de vſufr.leg. Si vero onus eſt nullum,quia lex ſibi non aſſiſtit,tunc aut onus eſt implendum de ipſo legato.aut extrinſecus de alio.Primo caſu, aut onus eſt nullum mixta conſideratione legantis.z fideicommiſſarij.z habet locum iſta lex quia legatum eſt nullum quo ad petitionẽ.non quo ad retentionem.Si vero onus eſt nullum alia ratione.tunc legatum eſt nullum in totum.vt l.ſi quis,quos,ſ.eodẽ. Si vero debet onus impleri aliunde.tunc licet onus ſit impoſſibile.legatum non vitiatur.l.cum filius,ſ.non iure.ſ.eo.z C.eo.l.ab adminiſtratione. Secundo caſu principali,quando onus annullatur er poſt facto, tunc aut facto teſtatoris,aut alio accidenti.Primo caſu,annulla tur etiam legatum.l.filio,ſ.matri.j.de adi.leg.Secundo caſu non annullatur legatum.licet annulletur onus.l.pater.ſ.Tuſculan⁹. j.ti.j.z l ſi qs Titio.ſ.eo.Fallit ſi eſt electꝰ vt miniſter.d.l.ſi qs Titio.ſ.eo. ¶Quero quid econtra, pone q legatum eſt nullum. an er hoc erit nullum.onus legato adiectum:Bto.diſtinguit.z bene. Et predictis apparet quod Roffr.non perfecte intellexerit iſtã materiam,vt in gl.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Tu dic latius.Vide Lyn.in l.vxica.ſ.pro ſecundo,in fi. de cad.tol.

a **ſ. Inſulam.** [a]Si liberti cõſentiunt heredi patronꝰ alienauti rem eis relictam.preſumitur animo donandi,niſi aliud appareat.h.d.Opp.j.de annu.lega.l. liberto.in prin.Sed ibi liberti non conſenſerunt alienationi.hic ſic.Op.quod conſenſus non preiudicet.l.ſi fundum per fideicõmiſſum.ſ.tit.j.in prin.Multe ſoluantur,quas ibi examinaui.Dic vt ibi.tamẽ quo ad nunc.dic q hic loquitur in liberis.qui cõſentiunt patrono vel heredi patroni,in quibus facilius preſumitur animus donandi,p pter precedens meritum.l.ſi vero non remunerandi,ſ.idem Papinianus.ſ.manda.in lege contraria erat extranei,quod dic.vt ibi,

ADDITIO.

a ALEX. ¶Inſulam.Bto.de his qui conſentiunt alienationi rei,p hibite per teſtatorem alienari,dixi in d.l.ſi fundum,z in l.que potis ſupra ſolu,matrimo.

1 ¶Prohibitus vendere vel obligare,non prohibetur locare.
2 Qui dixit,mutua mihi centum ſuper iſto libro,obligare librum vi detur.
3 Locatio ad longum tempus dicitur alienatio.
4 Vendens fructus domus pro centum annis.dicitur alienare.
Emptor fructuum,z conductor quo ad eorum dominium parifi cantur,
5 Prohibita alienari non veniunt in obligatione generali.
6 Vendere grauatus in familia,vt poſſit alteri vendere,debet re quirere z expectare illos de familia,

1 **ſ. Inſtituto.** Prohibitꝰ vẽdere,*vel obligare,nõ
* videtur prohibitus locare.h.d.Vel ſic Qui obligat nomen conductoris domus alienari prohibite,non vt alienare domum vel obligare.h.d.Not.quod dixi in ſummario.
2 No.q iſta verba[a] mutua mihi centũ ſuper hoc libro,*hoc impor
a tant,vt iſte liber ſit illi obligatus*pignori pro iſtis centuz,vt hic
* in ter.Querit gl.[b]quid ſi locauit iſtam domum ad cẽtum annos.
* Et dicit,q non videtur alienari. Dy.z omnes contra.quia per
b locationem in longum,vel longiſſimum tempus conſtituitur ius
c in re,vt ſ.ſi ager vec.vel emph.pet.l.j.in fi.z l.ij.j.de ſuperfi.l.j.ſ.qs
3 autem ait.z ſic eſt alienatio.*Iſtã ergo l.referas ad locationez ad
* modicum tempus.Queritur. quid ſi vendit fructus domus pro
4 cẽtũ annis:Reſp.Aut vendidit fructus conſtituendo ementi ius vſufructus in re,z eſſet alienatio.l.ſi.C.de reb.alie.nõ alie.Aut nõ conſtituendo.ſed obligando ſe actione perſonali ad tãdos fructꝰ z non eſſet alienatio.l.ſi.in fi.ſ.de contrahẽ.emp.Facit l.liberto.in prin.j.de annu.leg.Qualiter autem hoc perpendatur,vtrũ conſti tuerit vſumfructũ,vel nõ,no.in l.ſi quis ita.ſ.de vſufr.facit l.fundi
5 Trebatiani.j.de vſufructu legato. ¶Quero,quidꝰ ſi iſte filiusᵉ
d obligauit vniuerſaliter oia bona ſua.an videat feciſſe cõtra volũ
e tatem ſeu prohibitionem teſtatoris:Reſp.in obligatione iſta ge

* nerali.*nõ venit iſta domus.quã veriſimiliter non eſſet ſpe
obligaturus.propter penam adiectam a teſtatore.l.obli
6 generali.ſ.de pig.Quero,hic teſtator dixit.q ſi volebat
vẽderet fratri ſuo,vel fenerari ſuper ea faceret eũ frater
ſi frater nõ vult emere,vel mutuare.eũ iſta pecunia
te poteſt alteri vendere facta requiſitione.z expectatio
dum formam,l.qui Rome,ſ.coheredes.j.de ver,obli.

ADDITIONES.

* CLAV. DE SEISS. ¶Prohibitus vendere,Quid
ſtator prohibuit erire de manu alicui⁹.an poſſit locare.
Jac.de Are.Alber.Ange.z Bald.in l.manumiſſiones.
iur.z in terminis q ſit idem.tenet Bald in l.ſi.C.de reb.
alie.Contrarium tenet Cy.in d.l.ſi.vbi plus dicit.q non
mutari pro quo facit in ſimili queſtio.quam formant Ja
Alber,Fulgoſ.z Bau.de Caſt.in l.ſed etſi emendi.in prin.
eum qui in ius voc. Item taliter prohibiti alienare
etiam prohibiti penſionem conſtituere,ſecundum Bal.
in c.ad audientiam.de reſcr.

* CLAV. DE SEISS. ¶Obligatus.Vide idem facit
ferre,ſub finem in l.reſcriptum.ſ.ſi pacto.vbi etiam Alber.
eam pro ſingulari ſ.de pac.

a AND. BAR. ¶No.q iſta verba.Facit in ſimili gl.in
Jo.in l.reſcriptum.ſ.ſi pacto.ff.de pac.vbi idẽ eſt dicere
ac ſi noſe pene.vide Bar.in l.fundus.j.de annu.leg.de ver
b ALEX. ¶Querit gl.No.an prohibit⁹ vẽdere.prohibe
re vide in materia omnino Jan.in c.ad hec.de deci.z vide
j.ſ.q aũt,j.de ſuperfi.z qs ibi diri poſt Bar.z ita
hic cõtra gl.tranſit Ang.z Imo.in l.ſi filio.ſ.ſi ſol.matr
in c.j.ver.aut ſi liuellario.z diri ibi in fi.quib
gl.poſſit ſaluari in partiario colono.adde quod no.
prin.de prohib.feu.al.in q.de vaſallo.qui non
emphyrheuſim.ꝛc.vbi omnino vide.adde quod
domus.ſ.fi.in fi.ſ.ti.j.ſaluãt hanc gl.quod locan
pus non inducat translationem dominij etiam
preſſe hoc agit.in dubio autem ſit ſecus. Et
z adde Bal.in auth.hoc ius porrectum in j.co.
contra gl.hoc tenet Abba. Sic.per illum ter.
re.ecc,non alie.per ter.in c.nulli.eo.ti.z vide
de bo.auth.iu.poſ.q locatio ad longum tẽpus
Bal.in ru.C.de iure emph.z facit c.j.ſ.donare.
ali.z gl.eſt contra iſtam in l.ſi.C.de pac.pig.z
etiam Ro.in l.ſi conſtante.ſ.quoties.cũ ſeq.
j.de reb.eccl.non alie.Sed an prohibitus alienare
re:vide Bar.in auth.res que communia de leg.in
que dicta ſunt,vtrum illa.ꝛc. Adde an prohibitus
permutare.Bau.de Ca.conſi.xvj.z an prohibitus
locare ad longum tempus.Ang.conſ.clxiij.
c POMA. ¶Quid ſi locauit.Vide Alex.in l.filio.ſ.ſi
clxv.in ſi.vol.inci.viſis.z conſi.j.in iiij.vol.z conſi.
vol.iiij.Et de iſta locatione ad longum tẽpus.vide
in iiij.vo.z in cõſi.crij,in j.col.in prin.z vide con
rij.ad ſi.z cõſi.cccij.z conſi.crrij.vide ẽt circa iſtã
clxxxix.z cclxxxix.aliquid p Alex.cõſi.iiij.in v.vol.
ſia.S.M.de conſti.vbi tangit de dicto Bar.z
* CLAV. DE SEISS. ¶Alienatio.Adde ter.
in anth.de alie.z emph.ſ.ſi vero aliquis.z doc.in
alien.Ang.z Imo.in l.ſi domus.ſ.ſi.ſ.ti.j.cum alis
gnatus per Alex.z hoc procedit etiam ſiſiat locatio
nos cuz pacto de renouando.ter.eſt in ſ.neq illud
alien.Idem tenet Lapus alleg.rij.diſputat hoc
lxviij.inci.viſis duobus elegantiſſimis cõſiliis.
luntas C.de fideic.teneat aliter.pro hoc etiam facit
ſingulariter Card.Flozen.in cle.ſ.ſ.ſi.in pe.queſt.
alien.vide etiam caſum notabilem quem ponit
inci.ex forma z ſerie dictorum inſtrumentorum.
etiam vltra predicta Bal.in c.que in eccleſiarum.
in l.ſi quis ante,j.de acq.poſſ.z Alex.cõſ.cxv.
faciat pactum q nõ tranſeat vtile dominij vide
in c.querelam.in fi.de clec.z Fely.in d.c.que
materiam eundem Fel.addendo aliquas quoras
reſcr.vide d.Clau.in d.l.ſi quis ante.j.de acq.poſſ.
dicitur de locatione ad longum tempus potentior
recuperationis.ſecundum Bal.z Fulg.in l.
iuſti.z iur.facit l.qui habebat in prin.j.ti.j.z
tas.j.C.de fideic.vbi huius ſ.eſt materia.Et
j.de ſuppellec.lega.z quod no.Ange,z Imo.in
de acquiren.poſſeſ.z quod in ſimili not.Bald.in
rũ.de conſtit.
d ALEX. ¶Quero quid.No.z ſequitur Imo,z Bal.in

de fideicom. & ideo fundum non venit in obligationē generalē. in Specu. de pos. §. j. ver. sed cadit feudum. licet Bar. aliter in l. si nostante. in iij. q. tertie partis. solu mat. intelligat ad hoc dictum Bar. hic adde Spec. in tit. de pign. §. j. ad fi. ver. nunquid. & etiam Bal. in l. j. per illum ter. C. que res pig. ob. pos. & Bal. in c. imperia in i. col. de prohib. feu. ali. per Fed. & Aug. in auth. de rest. & ea que part. in prin. & est casus in c. j. §. in generali. in tit. si de feu. fue. extro. inter do. & ag. vbi in generali alienatione facta per vasal non venit feudum nisi exprimatur. vt ibi. & in c. j. de cap. q cu. in. qr talis alienatio est prohibita vt in c. imperialem. cum vul. de tu ad predicta. & vide Aler. in consi. xx. in v. vol. & que ibi po consi. xv. col. ij. in prin. in ij. vol.

ROMA. ¶ Si iste filius. Vide Aler. consi. clxviij. in ij. vol. cōsi. xvij. prin. in iij. vol. & cōsi. cxviij. eo. vo. iiij. Bar. consi. xlij. in j. vo. & cō ij. vol. ij. prohibitus alienare non potest alienare etiam in gene vt per Pau. de ca. consi. xxxij. & consi. lxvij.

LAVD. DE SEISS. ¶ Obligatione generali. Circa istud vi quod no. Jas. in l. ij. C. de iur. emphy. & per not. per me in l. j. in ij. otab. §. quod quisq; iuris.

☞ Decidens filium patris vel sororis an prohibeatur succedere ab intestato.

§. Patre Prohibitus alienare in personas certas. p hibetur in eas ab intestato legitimo iure trās rre. h. d. Concordant j. de verbo. obli. l. si ita quis. §. ea l. & ibi diri. Opp. §. ea l. cum pater. §. cum inter. & qs no. in l. peto. §. fratre. §. e. olut. ibi sunt prohibitus quis alienare simpliciter. hic in certas ersonas. Unde debet curare. ne etiam ab intestato ad illas pso as perueniat. Quero. aliquis † occidit filium fratris. vel sororis trū prohibeatur succedere ab intestato? Hic videt casus & non. d potest responderi. & iste frater qui succedit ab intestato. non rat ille. qui filium occidit. cum in ter. ponatur plures fratres fuis Vel potes dicere. & successit. sed ab illo aufertur tanquam ab ndigno. l. cum ratio. j. de bo. dam. Dic vt ibi diri.

☞ Clausula. omni meliori modo apposita in testamento. opera ur & debeatur etiam ab intestato.

§. Lucius. Hec verba. & valeat omni modo. quo me lius de iure potest. intelliguñ etiam ab in estato. h. d. Opp. de l. nemo potest. §. ij. Sol. concedo. & non pōt acere testator. & leges non habeant locum in suo testamēto. Sed ic ista voluntas quantumcunq; imperite facta. erat talis & suf iciebat ad codicillos. ideo valet. vt codicilli. Opp. & non potest alere iure codicillorum. quoniam hic heredes instituit. l. non co icillum. C. de testa. Sol. hic fuerunt dicta quedam verba. que idē portant. ac si diuisset. si non valet iure testamenti. valeat iure co icillorum. Circa istam materiam Dyn. format vnam questionem quam diri in l. j. §. de iure codi.

LEX XCII.

Testator. [a]Voluntas testatoris tacite a cōtra rio sensu sumpta. per tacitam volun atem reuocatur. h. d. ¶ Opp. per secundam voluntatē implicē nō receditur a prima derogatoria. quia opor tet & de ea fiat mentio specialis. l. si quis. in prin. j. ti. j. & l. si mihi & tibi. §. in legatis. §. ti. j. vbi voluntas derogatoria facit cessare vo luntatem sequētem. Huius timore dicit gl. & hic duplex est litera. Una est. recepisti. secundum istam non obstat. quia nō est derogatoria ad voluntatem futuram. Alia. est recepisset. & tūc solue duobus modis. Primo. & illa verba referuntur tantum ad testamentum. & testator expressit. Secundo. & referantur ad futura. secundum & sunt verba derogatoria. tacite sumpto argumento a cōtrario sensu. ideo per simplicem[b] voluntatem contrariam reuocātur. in d. l. si quis in principio. fuerunt verba derogatoria expresse. Contra hoc facit §. ti. ij. l. conficiuntur. §. fi. Sol. ibi interuenerunt duo. scilicet. prima prohibitio tacita. & viruma. codicilli facti. propter q recessum est a codicillis in medio factis: hic interuenit vnū tantum. scilicet prima prohibitio tacita. diri in d. l. si quis. in prin cipio. ¶ Quero dicitur hic. si de fide epistole constabit. Quero p quot testes debet constare. Rñ. per quinq;. C. de codi. l. fin. in fine.

ADDITIONES.

ALEX. ¶ Testator. Banc l. alle. no. Bal. in l. humanū. C. de leg. in l. filium. C. fami. erciſc.

¶ Per simplicem. Adde ad Bar. hic. & vide Are. qui eum sequitur. in cū. de probatio.

☞ Verba generalia debent ad tempus testamenti referri.

Legatum vniuersale factum per verba generalia. quando refera ur ad tempus mortis. vel ad tempus testamenti.

Hereditas est nomen collectiuum. & de sui natura recipit augmē um & diminutionem.

Testes non dicuntur contrarij. quando super valore vnus dicit de centum. alius de centum quinquaginta.

a 1 b 2 3 4 c 3

§. Qui indiuisam. [a]Verba generalia debēt ad tēpus testamēti referri. h. d. Iste § est valde no. Opp. [b]& ista verba debeant referri ad omnes res. que reperiuntur tēpore mortis. l. peculiū. in prin. §. eo. & §. ti. j. l. grege. & l. si grege. Bl. & Dy. dicunt. & hoc operatur verbum prę sentis temporis. qd dicitur. cōmunes sunt. Bet. vero dicit. quoddā est legatum vniuersale & relinquitur sub aliquo nomine appellatiuo. de sui natura collectiuo. vt peculium. grex. & similia. & tunc ista recipiunt augmentum & diminutionē. & inspicitur tēpus mortis non testamenti. d. l. peculiū. §. eo. & l. grege. §. ti. j. Quoddam est legatum generale per aliquod signū & ibi apponitur. vt lego oēs res. & similia. Et tunc refertur ad tēpus testamenti. vt hic. nō aūt inspicitur tēpus mortis. Fallit in l. si. C. que res pig. ob pos. ppter modicum preiudicium quod est ibi in pignore. Quoddā est legatum particulare. de quo dic. vt in l. si ex toto. in prin. §. ti. j. Quoddam est legatū indefinite relictū. & dic vt l. si ita. j. de aur. & arg. leg. Et ex hoc gl. prima que incipit rē. id est res plures. non bene dicit prout dicit hereditatē: qr † cum hereditas sit nomen collectiuū. de sui natura reciperet augmētum. & diminutionē. sicut peculium. vt vidistis. §. eo. l. peculiū. & no. hic. Et de hoc per doc. C. de serui. l. nō modus. & d. l. fin. C. que res pig. oblig. pos. Ad predicta facit quod no. in l. j. in prin. §. de ede. vbi gl. distinguit. & quedam est actio vniuersalis. quedā generalis. quedā particularis. ¶ Quero. vtrum † stimationi facte per testatorem in casu isto. debeat stari? Bl. videtur velle & nō. nisi testator iurasset. alle. l. si fundū sub conditione. §. si libertus. sed nō bene declarat. & ideo eam vide. que incipit alias obligationē. ibi. sed in casu huius §. videtur secus. Dic scilicet. & non stetur estimationi testatoris. qr testator non iurauit. vt hic colligitur ex isto ter. facit §. eo. l. cū pater. §. pater qui filio. Solvit ergo pater hic dari res pretio iusto. Effectus tamē predictorum est. & tantū res. que erant tempore mortis. debeant dari pretio iusto. non res que postea obuenerūt. Licet gl. aliter videatur sentire in illa gl. que incipit. quasi dicat. Item res que erant tempore mortis dantur iusta estimatione. non illa. quā testator tarauit.

¶ Quero. [c][a]quidam † testes dicunt rem valere centum. alij dicunt rem valere centum quinquaginta. vtrum isti testes sint contrarij? ista gl. facit & sic. quasi intelligatur dum dico. valet centum. sc;. tantum. Jn contrarium facit l. cum furti. §. de in litem iuran.

ADDITIONES.

a ¶ Qui indiuisam. Pro concor. aduerte & verba generalia apposita in testamento. vel legato referuntur secundū Bar. ad bona q̄ sunt tēpore testamenti. in l. si ita. ff. de aur. & ar. leg. Ibi Aler. alleg. Bar. cōtrariari in hac l. si. §. qui indiuisam. Tu dic in eo mēbro dū Bar. dicit contrariū in hoc §. loquitur qñ legauit sub nomine collectiuo. quod de sui natura importat augmentū. vel diminutionē. puta lego gregem vel peculiū. & sic quid vniuersale & ita etiam loquit in d. l. si ita. si bene legatur. vnde non meretur dici cōtrarius.

b ALEX. ¶ Opp. Vide Ly. in l. si. C. de pac.

c ALEX. ¶ Quero. quidam. Circa hāc q. & an in testibus habeat locū §. si stipulanti. l. j. j. de verb. obl. & vide Arch. iij. q. ix. mhilominus. Archi. & Jo. An. in c. j. de arbi. in vi. & vide Pau. de Leaza. in q. sua inci. cōtra instrumentū debiti. & vide Bal. in l. ij. in vlti. col. C. de rescin. ven. & in l. j. C. de test. vide Bal. & Ange. in l. ex facto. §. itē quero. ff. de vulg. & pup. & vide Bar. in l. cum furti. §. de in li. iur. per Spe. in ti. de teste. §. postq̄. & Linter pares. j. de rejud. in c. cū oportet. de accus. & in l. j. §. si stipulanti. de verb. obl. & in l. si quidē. C. de transa. Ro. in d. l. cū furti. & quod diri post Bart. in d. l. si stipulāti.

§. Seio. Conditio apposita in persona vnius. in persona alterius sibi coniuncti. non videtur repetita. h. d. Opp. j. de condi. & demon. l. mulieri & Titio. Sol. dicit gl. ibi testator vult repetere. hic non. Veritas est. & ibi conditio apponitur post vtrunq; legatarium nominatū. ideo ad vtrunq; refertur hic post vnum nominatum tantum. ideo ad illum tantum refertur. De hoc diri in l. mulieri de condi. & demon. & in l. Julianus. §. tit. j. Quero. hic portio datur Marcelle. quid de alia portione? Respon. illam habebit iure accrescendi. l. plane. §. si duobus. tit. j.

§. Lucius Valet fideicommissum iniunctum de bonis communicandis. h. d. Facit j. ad Treb. l. Lucius. in princip.

§. Quatuor. Qui ratione coniunctionis non admitti tur vt ipse. admitti tanē alius prohibetur. h. d. Dic vt no. per Ly. in l. j. C. de dolo.

1 ☞ Mulier qualiter possit grauari in dote.

a 1 **§. Filie.** [a]Filia potest grauari in dote. quatenus dos est vltra legitimā. h. d. secundum Dy. & Mart. Sil. Opp. q† mulier non possit grauari in dote. l. mulier. §. cum proponeret. & l. a filia. in prin. j. ad Tre. & j. ad leg. Fal. l. pater filiā. Sol. in fidei cōmisso vniuersali non venit dos. vt in contrarijs: sed specialiter potest filia grauari. vt hic: quod intellige quatenus dos esset vltra

legitimã, q̃ in legitima nullũ consistit grauamen, l. quoniã in prioribus. C. de inof. test. Ita tenet Dy. & Bar. Sil. in q. quam disputauit, & Ly. C. de rei vxo. actio, §. videamus. Item hoc intellige q̃ actio de dote non erat quesita filie. Si enim quesita esset, nõ posset grauari, nisi ei vltra relinqueretur, & legatũ agnosceretur. l. Titia, §. qui inuita. ff. eo. Facit l. pater filiã, ſ. ad leg. Fal. Opp. q̃ istud grauamen, q̃ frater stipuletur dotem, non porrigatur ad tempus matrimonij secundi. l. cum pater, §. pater certã, ff. eo. Sol. hoc contingit propter moram filie, que nunq̃ voluit reuocare stipulationem, vt hic in ter. Uel aliter. Hic pater voluit stipulari dotem ea decedente in matrimonio sine liberis: propter quod videtur velle quod frater habeat dotem, quandocunq̃ sine liberis decessit: sed in cõtrarijs voluit fratrem stipulari dotẽ simpliciter, & ideo nõ est verisimile voluisse matrimonio soluto, & filia viuente, fratrem ad dotem admitti, ne alias filia indotata remaneat. Itẽ sufficit, quod filia semel paruisset voluntati defuncti, vt ibi.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Filie. Pro intellectu istius §. vide Bald. in l. quoniam nouella. C. de inof. test. & ibi cum sequitur Bart. hic, & Bar. in l. cũ patrem, in fi. C. de iur. do. & vide Bar. in l. Lucius. §. maritus, ſ. ad Trebel. adde Bal. consi. cclxxvij. lib. j. & posui in l. Lucius. §. maritus, ſ. ad Treb.

§. Filium & filiam. Pluribus post eorum mortem simul rogatis, vno mortuo, aliis superstitibus, statim competit fideicommissi petitio. h. d. Istam materiam examino in l. heredes mei. §. cum ita, ſ. ad Trebel. Facit l. Lucius. §. Caio. eo. tit.

a * **§. Maritus,** a Iusta heredis ignorantia*, alienationem rei per fideicommissum relicte, que subiacet restitutioni, confirmat. h. d. Opp. res que subiacent restitutioni non possunt alienari. C. com. de leg. l. fin. §. finautem auaritie. & auth. res que. Sol. Non potest alienari. vt ibi, nisi fiat ignoranti, & ab ignorante iuste. vt hic no. per gloss. in l. quidam ita. §. si quis filiũ in prin. magne gl. ſ. ad Treb. & per doct. in d. l. fi. §. finautem auaritie. C. communia de leg.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Maritus. Et ad istũ text. vide quod no. decidit Bal. in authen. & qui. in vlti. col. C. de bon. autho. iud. poſ. & in auth. res que. in ſ. no. C. com. de leg. & istum ter. & ea que ponit Imo. hic, vide eum in l. cum quidam ita. §. si quis, ſ. ad Treb. & in l. Marcellus. §. res que. eo. tit. & Pau. de Cast. in l. fi. §. fi. C. com. de leg. & Pau. de Cast. in consi. x.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Ignorantia. Qualiter ista iusta ignorãtia probetur, vide per Alex. consi. clxxiij. vol. ij. Et ad huius §. intellectum vide eundem Alex. consi. iij. vol. iij.

LIBER XXXII.

TITVLVS I.

De legatis, & fideicommissis tertio.

a **¶ Querit gl.** Quare hunc tractatũ de legatis diui sit in tres[a] libros? Dic vt in gl. & bene dicit. Sed Jac. de Are. dicit sic, in primo tractauit de legatis iniunctis heredi, in secundo, de iniunctis legatario. hic de iniunctis vtrique, & de significatione verborum, quod etiã satis placet. Alij dicunt, q̃ hoc fuit factum propter prolixitatem materie, quod gl. reprobat, quia cum sint libri distincti, debent habere distinctas materias.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Diuisit in tres. Aide no. per Imo. in rub. de leg. ſ.

LEX I.

em coibes. ¶Primo casu videtur in dubio legatum ius vsufru
s, z sic verba videntur directa ad legatarium, l. cum ita. ſ. eo. z
quis ita. ſ. de vsufru. Secundo casu, ius vsusfructus non vide
relictum. l. defuncta. ſ. fin. ſ. de vsufr. z omnes isti casus not. in
si quis. ita. Tertio casu idem, q; ius vsusfr. non videtur relictū.
debitor. ſ. verisimile, ſ. de contrahen. empt. z l. inter stipulātem
eram. ſ. de verb. ob. cum simili. Ista sunt necessaria ad multa,
o menti tenenda. Et de his latissime diximus in l. cotem. ſ. qui ma
os. ſ. de publica. ¶†Iurta predicta quero, quid si testator di
t sic. relinquo Titio fructus, qui percipientur, z percipi pote
t ex tali fundo, an videtur relinquere ius vsusfructus? Videt
quod nō, quia illa verba magis videntur referri ad ipsum cor
fructuum quam ad vsumfructum: quod apparet ex eo q; di
qui percipientur, ergo, ꝛc. Et hoc est secūdum propriam signi
ationem verborum, sed secundum mentem testatoris puto ius
sfructus relictum, l. cogi. ſ. j. ſ. ad Treb. vbi idem est relinquere
reditatem, z ipsum ius, quod ex hereditate percipitur: z sic idez
t relinquere vsumfructum z id quod ex vsufructu percipitur.
†Quero si alicui est relictus fructus fundi, ita q; non est con
utus vsusfructus, an possit solui estimatio fructuum pro ipsis
ctibus? ¶Hic videtur tex. q; sic, vt hic ibi, quantitatem, ꝛc. z hoc
it gl. que dicit, q; aliud pro alio soluitur: tamen intelligo aliter,
od si fundus consueuerat locari ad quantitatem fructuum, tūc
quantitas est in petitione. z solutione, quoniam illud est redi
fundi, sicut diximus in l. vinum. ſ. si certum peta. Si vero con
uerat locari ad pecuniam, tunc pecunia est in petitione, z solu
ne, vt hic: z ita non est verum q; aliud pro alio soluatur, nec sol
ur pecunia pro fructibus, nisi post consumptionem deuenia
ad estimationem, vt dixi in l. eum qui tacitum. ſ. de his quibus
ndig. ¶Quero quando relinquitur fructus fundi, an intelli
tur omnes, vel deducta portione coloni? z hic est tex. q; dedu
portione coloni. ¶†Ultimo ista lex facit ad q. dicit testator, si
us meus decesserit in pupillari etate, vel postea quandocunq;
o q; bona mea vendantur per meos fideicommissarios, z den
pauperibus: an illa verba faciāt directam substitutionem, an
eicommissariam? Hic videtur tex. cum gl. z cum eo quod no. ſ.
vsufr. l. si quis ita, q; faciant fideicommissariam. Sed ego con
lui contrarium quatuor vicibus, q; longa est differentia, vtrum
rit testator, vendantur, z dentur pauperibus simpliciter, quia
fideicommissaria, aut dixit, vendantur, z dentur pauperibus
er fideicommissarios meos: z tunc est directa substitutio, q; ibi
deicommissarij sustinent vicem heredum, z a seipsis accipere de
ent bona fideicommissarij, z dare pauperibus, non autem acci
ere de manu alterius. Dicam latius in l. Centurio. de vulgari z
pupillari.

ADDITIONES.

ALEX. ¶Fundi Trebatiani. Iste tex. allegatur pro sing. z vni
co in iure per Bald. in l. vnica. ſ. libertatibus. de cadu. tollen. q; si
estator legauit mihi fructus fundi, q; heres tenetur facere, z cu
are q; iste fundus colatur, z seminetur, z construatur.
LEX. ¶Verbum reditus. Hoc est falsum, vt dixi post Bar. in
quedam. ſ. nihil. de edendo.
LAVD. DE SEISS. ¶Legare fructum. Imo plus impor
at reditus quam fructus, vt probat text. iuncta gloss. in l.
Paulus. ſ. j. ſ. de vsur. z no. gloss. in c. generaliter. in gl. pe. de elec.
i. vj. z in cle. j. in gl. pe. de reb. eccle. non alien. que se refert ad aliam
gl. z ponit Aler. in l. diuortio. ſ. si vir. ſ. sol. mat.
ALEX. ¶Quandoq; verba. Sed an isto casu quando legan
ur fructus, vel reditus fundi liberetur heres dando fundum ex
quo legatarius possit colligere fructus, vide sing. Bald. per illum
er. in l. si quis argentum. ver. si vero. C. de. bo. z in l. vnica. ſ. liberta
ibus. super ver. excepto, C. de cadu. tollen. vbi dicit istum text. esse
ing. z ibi etiam tangit an, z quando legantur fructus fundi, pos
t heres propria authoritate colere fundum.
LEX. ¶Quero quando. An qui reliquit fructus fundi, vi
eatur relinquere deducta portione coloni. adde Bar. latius in l.
fructus. so. matr. z Bald. in l. coheredibus. C. fami. ercisc. un. z bal.
docto. in d. l. nihil. ſ. fin. de leg. j.
ALEX. ¶An illa verba. Si dixi volo q; bona mea vendantur
per fideicōmissarios, z dentur pauperibus, an sit fideicōmissaria
substitutio, vel directa: cōtrariū videtur ipse dicere in qōne sua in
ip. filiū suū adultum. idē cōsuluit Bal. in l. precibus. C. de impu. z
Imo in q. facti. adde que posui in l. Centurio. ſ. de vul. z pup
O. FR. RV. ¶Adde q; consi. Bar. sunt nu. iij. z clxxxij. incip. Ti
ius. z lvj. inci. in nomine. z clxiij. incip. fuit, z de ista contrarieta
e Bart. vide Aler. plene, in d. l. Centurio. z vide Raph. Cu. cons.
clxx, incip. magister Joan. z Ang. de Are. in tracta. de testa. in gl.
z si omnes eius filij masculi.

LEX XXXIX.

1 ☞Fundo simpliciter legato proprietas intelligitur legata.
2 ¶Proprietas intelligitur, q; reuertatur ad heredem post mortem vsufructuarij, si dicatur, q; reuertatur ad heredem.

FIlios heredes. ¶Proprietas reuertenda, mortuo legatario, ad he
1 redem, tanquam ipsi relicta sit declaratur. h. d. †No. quod
quando lego fundum simpliciter nec exprimo, quoad proprieta
tem, vel vsumfructum, q; videtur legata proprietas. Idem, si pro
mittis fundum simpliciter. ita dixi in l. si fundum certa die. ſ. de
2 verb. obl. Secundo no. †q; quando dico, volo q; proprietas reuer
tatur ad heredes, in dubio intelligitur post mortem legatarij. Ali
de gloss. que incipit. post mortem. Si enim intelligeretur inconti
nenti, nullum commodum haberet.

LEX XL.

VLicam illo. Dehoc plene in l. Titie textores.
ſ. j. ſ. de leg. j.

LEX XLI.

1 ☞Fructus fundi si emuntur, quid videatur emptum.

CAm ita. Legatum annuum propria manu per
cipi debet, ad instar vsusfructus. si ver
ba congruunt. h. d. De hoc dixi plene, ſ. eo. l. fundi. z ple
1 nissime in l. cotem. in ſ. qui maximos. ſ. de publica. Et aduerte, †si
aliquis emit fructus fundi, quid videtur emere? Si enim emit
ipsum corpus fructuum, fructibus non natis, non valet emptio,
l. nec emptio. ſ. de contrahen. empt. Aut emit ius ipsorum fru
ctuum, z tunc statim valeret emptio ipso iure, z ideo est recurren
dum ad distinctionem, quam dixi ſ. eodem. l. fundi.

LEX XLII.

IN fructu. Fructuario z colono ad sui commo
dum licet percipere fructus, etiam
immaturos. Quero, nunquid oliua dicatur fructus indu
strialis, vel naturalis? nam possessor bonefidei fructus industria
les suos facit, naturales restituit domino. Et videtur q; sit fru
ctus naturalis, l. fructus. ſ. de vsur. ¶Preterea tex. in d. l. fruct. dicit
q; sunt naturalia bona. Sed dico contrarium, q; sit industrialis
fructus. l. antepe. ſ. de rei. vendi. Quid de lacte, lana, z caseo? gl. est
Iusti. de re. di. ſ. si quis a non domino.

LEX XLIII.

1 ☞Ususfructus si legatur certarum rerum, tunc onus eris alie
ni non respicit legatarium.
2 Usufructuarius cui relictus est vsusfructus quote partis heredi
tatis, tenetur ad onera hereditaria pro rata, z vsufructu finito,
quod soluit, deducit de hereditate.
3 Onus eris alieni non sequitur legatarium vsusfructus partis bo
norum.
Item nec legatarium vsusfructus partis rerum certarum.
4 Legatum vsusfructus tertie partis bonorum mobilium z immo
bilium, non continet iura z actiones.
5 Usufructuarius omnium bonorum tenetur ad onus eris alieni.
6 Onus legatorum non sequitur vsufructuarium bonorum.

MUltum interest. Hec est multum magi
stralis lex, z hz duas le
ctu. vna dicit, multum interest: alia, nihil interest, z que li
bet istarum lec. diuiditur in duas, quas vide in glo. z secunda lect.
est no. Item vltima lec. est valde singularis, z nescio alibi. Sum
1 mando istas lecturas, debes colligere tria verba. †Quandoque
legatur vsusfructus rerū certarum, z tunc sine dubio onus eris
alieni non respicit legatarium, quia non sequitur fundum, l. j. ſ. si
2 heres. j. ad Tre. z hac l. in fin. †Quādoq; legatur vsusfructus quo
te partis bonorum, z tunc aduerte, aut sub appellatione heredita
tis, z ille tenetur ad prestanda onera pro rata, vt hic, secundum
vnā lec. z l. si quis seruum. ſ. fi. cum l. seq. ſ. de leg. ij. Tamen, vt pu
to, cum vsusfructus finietur, illud quod est solutum, de heredita
te deducetur, prout diximus in bone fidei possessore hereditatis,
3 in l. quod si possessor. cum si. ſ. de peti. her. †Aut legatur sub nomi
4 ne bonorum, z tunc onus eris alieni non sequitur legatarium, vt
hic, z ſ. eo. tit. generali. ſ. fi. quia bona intelliguntur, ere alieno de
ducto. Aut relinquitur sub appellatione rerum, z tunc idē quod
dixi. scz. quando sub appellatione bonorum: hic est casus singula
ris, z hanc l. allego no. fi l. non amplius. ſ. fi. ſ. de le. j. ¶†Quero,
quid si legatur tertia pars bonorum mobiliū z immobiliū? Resp.
videtur legatus vsusfructus tertie partis certarum rerum: q; iura
z actiones non continentur, cum sit certa species, l. mouentiū.
5 de verb. sig. z ibi dixi. ¶†Quero, quid si alicui legatur vsusfruct⁹
omnium bonorum, vel rerum, non dico certe partis: vtrum onus
eris alieni spectet ad vsufructuarium? Credo q; sic. Primo vos
vidistis hic q; eadem distinctio adhibetur, quando legatur vsusfr.

quote bonorum, que adhibetur, quando legatur proprietas: sed si relinquerentur omnia bona, vel omnes res, sine dubio eũ sequetur onus eris alieni. l. nã quod. §. fi. cũ l. seq. ff. ad Treb. ergo, &c. Pro hoc videtur casus in l. vlti mee. ff. eo. vbi dicitur. q venit vsufructus calendarij: q. calendarium continet debita & credita. l.
* qui filium. de le. iij. & videt casus. C. de pact. *l. ij. ¶ †Ultimo quero quidᵇ de onere legatorum: an sequatur vsufructuariũ omnium
b bonorum, vel quote partis bonorum? Rñ. q non: ᶜquod apparet, quia vsufructuarius in vsufructu concurrit cũ legatario particulari, ff. eo l. Sempronio. dixi in l. si quis seruum. in fi. ff. de legi. ij.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Legatarium. Ho, & istud est verũ, licet fm aliquos ibi Bar. videatur cõtrariũ dicere, sed ibi ipsum intellige q onꝰ sequitur eũ vt soluat sumptũ proprietatis, q. postea in restitutione deducet de hereditate qd̃ solut, alias sequeret q si multa essent onera nullũ esset legatũ vsufr. in persona fructuarij, sed heredum sic.
* CLAV. DE SEISS. ¶ C. de pac. Circa hoc vide Mathesil. no tab. iiij. & Bre. consi. cxvij. in j. dub. & Ange. in §. constituitur. in fin. Inst. de vsufruct.
b ALEX. ¶ Quero quid. Utrũ onus eris spectet ad vsufructuariũ omniũ bonorũ. vide l. fi. §. sinautẽ es alienũ. de bo. que libe. & qd̃ ibi Bal. & in Lid qd̃ pauperibus de epis. & cler. & Matthe. in v. no. & Ang. in l. filiꝰ a patre. in prin. de libe. & posthu. Et adde omnino Bal. consi. inci. an vsufructuarius omniũ bonorũ. & cõtra bar. hic, consuluit Pau. de ca. cũ pluribus aliis i cõsi. inci. In Christi noie, in causa que vertitur Bon. alle. ter. in l. vsufructu bonorũ legato. j. ad leg. Fal. & per l. fi. §. sinautẽ es alienũ. & ibi hoc idem ipse tenet de bo. que lib. & vide Bart. ff. ea. l. & quod no. Bal. in authen. causa que fit cum monacho. C. de epis. & cler. & ita sequendo opi. Bal. cõsului Bon. & vide Bal. in l. j. ver. pone maritus. C. de fru. & lit. expẽ. & l. mater. C. ad Tertyl. & vide quod scripsi post Bal. in l. fin. §. vbi autem, de bo. que lib. & Bal. ibi super ver. si autem lego. ¶ Adde an onus eris alieni spectet ad vsufructuarium, Bald. cõsi. cvij. & cciꝛ. iij. lib. & Pau. de ca. consi. cccl. cxxxvij. & Alex. in cõsi. cxxxviij. col. fi. in fi. j. vo. & de materia vide que ponit Fran. de Are. in cõsi. cxvij.
c ALEX. ¶ Respondeo q non. In contrarium est l. fi. §. sinautem es alienum. de bo. que lib. nisi respondeas q ibi ter. loquitur in vsufructuario ex dispositione legati. hic ex dispositione testatoris, & cum opi. Bart. transui consulendo Bono. & adde quod pro opi. Bartol. etiam consuluit Lozneus. in consil. cxcv. in iij. parte.


TITVLVS III.

De seruitute legata.

¶ Dictum est Supra de seruitute personali legata, nunc sequitur de seruitute reali.

LEX I.

1 Domus si sustineat actũ seruitutis habentis causam continuã, & permanentẽ, & alienetur, in dubio seruitus videt imposita.
2 Domus si vendatur, videtur imposita seruitus vt sustineat onera permanentia que ipso actu sustinebat, si contrahentes sciebãt.
3 Fundo legato, vel vendito, an debeatur seruitus. qua legans, vel vendens vtebatur, & quid quando legatus est vsufructus.

a  Si duas. ª Si †domus vna sustineat
b actũ seruitutis habẽtis causam ᵇcontinuã. & permanentẽ, & alienetur: i dubio seruitus videtur imposita. h. d. ¶ Op. dicitur hic q seruitus videtur imposita. cõtra, imo dz impoi per heredẽ, vt ff. tit. j. l. dãnas. §. . vl. seruũ filiũ. §. fi. ff. de leg. j. cũ si, & l. testatrix. in prin. ff. si serui. ven. Sol. ibi loquitur in seruitute vie, vel itineris, que causam cõtinuã nõ habebat. ideo nõ videt imposita per testatorẽ, licet posset agi vt iponat: hic vero loquit de domo sustinẽte onus seruitutis habẽtis causam continuã: vnde testator videt imponere, q habeat causam permanen
2 tem, & idẽ crederẽ in vẽditione domus, vt videatur imposita seruitus. vt sustineat onera permanentia, que ipso actu sustinebat, maxime si cõtrahẽtes hoc sciebãt, l. j. in fi. de act. em. & l. qs conclaue. j. de damno infec. Non ob. l. in vendendo. ff. de contrahẽ. empt.
3 q. loquitur in seruitute, que nõ habebat cãm continuã. ¶ †Quero. quãdo legatur fundus, vel vsufructus fundi, vtrum illi fundo debeatur seruitus vie vel itineris, vel alia seruitus sicut vendẽs & legãs vtebatur? gl. que est in l. iij. §. si loci. j. de adi. leg. determinat, q seruitus nõ debetur legata proprietare. Tu autẽ clariꝰ dic, cũ querit an rei vendite, vel legate debeatur seruitꝰ illius actus, qui erat apud alienantẽ er alia re alienantis: sic distingue. aut ille erat actus seruitutis habẽtis causam cõtinuã permanentẽ, & seruitus videtur imposita: casus est hic. ita intelligo l. quod conclaue. j. de
c dam. infec. vt ff. dixi. Aut habebatᶜ causam discõtinuã, & nõ permanentẽ, & tũc seruitus nõ videt imposita, sed poterit agi vt imponatur, secundũ distinctionẽ infra scriptã, vt leges j. allegate ꝓbãtur. An autẽ possit agi vt imponat sic, dic: aut fuit legatꝰ vsufructꝰ, aut proprietas. Primo casu. põt agi vt imponat illa seruitꝰ, si
lias vsufructus esset inutilis. d. l. dãnas. §. fi. ff. tit. & l. bmas. ff. de ser. vrb. prę. & l. j. §. i. & ti. ff. si vsufr. pet. Aut legat impropriet. & tũc aut queris vtrũ a legatario debeat prestari seruitus & sine dubio debet prestari. d. l. testatrix. in prin. ff. si fundum sub conditione. §. qui fundum. ff. de legat. i. & fi. ff. de ruſt. prę. Si vero queris. an debeat prestari ad heredẽ qui est in loci. j. de adi. le. tũ quicquid illa gl. dicat, credo q debet prestari. binas. ff. de ser. vrb. prędi. vbi dicit, q non potest heres immoscurare in totũ rei, cuiꝰ ꝓprietas est leg. & adẽ ratione non stare. q. minus male posset habitare luminibus offuscatis
b binas. ᵇque est clauis huius materie. Prędicta sunt vera. si proprietas legat: secus si inter vivos cõstituatur. q. hec seruitus habet causam momentaneã. nõ debet cõstitui, nisi exprimatur. l. in vẽdendo. ff. de cõtrahenda empt. & fallit in via & chzum, de qua dic vt in l. si quis sepulchzum. ff. de reli. & sum.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Qui duas. Vide Bar. in l. ij. ad fi. ff. de itur. dicum. & ibi Moder.
b ¶ Causam. Aduerte q Bar. in hac l. j. de serui. leg. allegat contrariari. Sed in quo arguatur de contrarietate, & prętione Bartol. vide concordiam ad l. q conclaue. ff. de dar.
c AND. BAR. ¶ Aut habebat. Ego credo istud intelligendum. dixit bar. vez q finito vsufructu deduceba de hereditate qd̃ est solutũ. Hoc approbat in l. j. in qua se fundat Bar. q. vsufructuarius omniũ bonorũ exigat debitores, nõ ramen cuniã suã. sed hz in illa pecunia vsumfructũ. licet impropriet. soluit creditoribꝰ non debet soluere de suo respectu propriet. sed respectu vsufructꝰ. vide Flo. in l. fi. §. sinautẽ. C. de bo. isto anno cõsului cõtra bar. & vide Pau. de ca. in suis cõsi. cõsuluit cõtra bar. vide q pulchre dixit Pratus & Barolus suis notabilibꝰ in v. no. vbi alleg. Rogerũ de Pern. vide omnia
b ALEX ¶ Binas. Adde tert. not. & quod ibi Bart. in l. ma. ff. de ser. ruſt. prę. & sic habes no. quod si vendoꝛ rem fundi non videoꝛ vendere accessum ad illum. d. l. in vendendo ff. de contrahẽ. empt. & vide Pau. de Castr. in d. l. quod conclaue. vbi Bart.

LEX II.

1 Legato vie simplicit facto, videt repetita ꝺ dicto adiecta.
2 Dies cedit a tempoꝛe mortis, in seruitutibus realibus.
3 Fundus quando duobus legatur, & cuilibet totus, quilibet parte ab initio est dominus.

¶ Si fundum. Ut valeat legatum, vt legatarius tempoꝛe testatoris, reperiatur dominus prędii dominatorum vere. vel ficte: alias legatum extinguitur. dicit tota ista lex. & est multũ nota. & diuiditur in quinque principales. Primo, loquitur quando testatoꝛ legauit duobus. & viã vni. & vter que legatũ agnouit. Secũdo, quando legauit fundũ pure. & viã sub cõditione. Tertio, quando legauit fundum sub cõditione, & viã pure. Quarto, quando duobus dominis. vni viã legauit pure, alii sub condicione. & vltimo ibi. & si prius. Tertia ibi, quanquã. Quarta ibi, vrgentibus. & tertiam istius legis ponit ter. in prin. quoniam seruitus parum
1 acquiri non potest. ¶ †Op. extra glos. dicitur q hic legatur fundus pure. & via sub conditione, vel ecõuerso. Imo virtus semper conditio adiecta in fundo videatur repetita in via quã in eius accessoꝛio. l. cũ seruus. supra de condi. inst. vt in l. j. de verbo oblig. Ego intelligo, q hic fuit expressum, q via batur via pure, sed si simpliciter relinquebatur via, fuisset trium. q cõditio videtur repetita. ¶ Secundo opp. de nouo quod inspiciatur tempus mortis testatoris. vtrũ quis fit vel insolidũ. vt ibi, decessisset, &c. Contra, imo debet inspici tempoꝛe hereditatis. vt C. de cad. tol. §. i nouissimo. Sol. quicquid
2 cat, & in l. ij. j. qñ di. leg. ce. que gl. male dicunt: veritas est quod obst. §. in nouissimo. q. loquit in seruitute personali, sta vt velle gl. hic, & bene. ¶ Itẽ opp. q in seruitutibus realibꝰ inspicitur tẽpus adite hereditatis. l. fi. §. cõmuna prędio. & l. fin. §. quead. ser. amit. Istud cõtrariũ gl. non soluit. sed tu dicunt quidã, ille leges habuerũt respectũ ad petitionẽ hereditatis respicit cessionẽ diei, quãtũ ad transmissionẽ. Ita solu. aliquid. q. inspicitur tẽpus mortis, an legatũ valeat, legibus cõtrarijs tẽpus adite hereditatis inspicit. & cõtrariũ. cũ de valoꝛe legati loquatur vtraq; lex, nõ Quare dic, q ibi erat defectus ex parte legãtis, qui nus, nisi pro parte fundi, quẽ volebat seruire: hic vero ctus eius qui nõ reperit dominus nisi pro pte fundi

gatur: ideo cū est defectus ex parte legātis, vel promittētis viā: ita nō est dūs, nisi pro parte, non impeditur contrahi obligatio personalis ad viam. licet ius reale nō posset cōstitui, l. per fundū. de ser. ru. prę. & ideo qū est defectus ex parte legantis. nō inspici tēpus mortis: qr illo tēpore subest habilitas ad cōtrahendus obligationē personalē. & illo tūc ius reale non dz constitui. l. si tibi amo. §. cū seruus. ff. de leg. j. & ī. eo. l. si. Inspicitur ergo tēpus adi hereditatis. cū illo tēpore cedit dies quantū ad iuris realis cō tutionē. vt seruitus cōstituta dicatur. Sed qū est defect⁹ ex par legatarū. vel eius qui stipulatur viā impeditur cōtrahi obliga personalis. & realis. l. si sub vna. §. fi. ī. de verb. obli. & l. stipulatio non diuiduntur: & ideo cum talis defectus impediat obligationem personalem & realem. merito tēpus mortis inspicitur. vt Certe que dicta sunt in hac l. habent locum. quando verba le ti referuntur ad personam legatarii. Sed si verba legati referā ad rem. non facta mentione persone: tunc valet. & ambobus minus queretur, arg. l. priori. & ff. tit. §. l. Caius. facit ad predi quod dixi in l. j. ī. de reg. Caton. †Vltimo. in hac lege habui as casum questionis gl. in l. si pluribus. ff. de leg. j. vcz. quādo fun is relinquitur duobus. & cuilibet totus, vtrū ab initio sit quili t dūs in totū. vel pro parte: hic est ter. q ab initio est qlibet do inus pro parte: er quo apparet q legatum vie nō valet. Vltimo ota casum, quod dies seruitutis realis cedit a tempore mortis.

LEX IIII.

Domo vendita, que ab alia distinguitur pariete communi, dictas parietis videtur vendita.

aries cōmunis inter duas domos. an sit pro diuiso vel idiuiso.

Lis qui duas. Hic est bonus casus, & ex ipso habes. †quod si ego vē do tibi domum. que ab alia distinguitur pariete commu tantum medietatem parietis videor vendere. † Quero an pa s communis inter duas domos sit communis pro indiuiso, pro diuiso: Dic tert. videtur velle pro indiuiso. Tu autem dic ffime, vt dixi in Linter quos. in prin. ff. de damn. infect.

LEX V.

Et si maxime [a] Nota hic. quod requirun tur duo. vt legatum factum seruo valeat: quia requiritur quod dominus sit capar. em. quod tale quid legetur. quod eo facto libero, possit legari, plene habuistis ṡ. de leg. ij. l. debitor. §. seruo. vbi Iurisconsul s hanc materiam examinauit.

ADDITIO.

LEX. Et si maxime. Utrum hec lex procedat in contracti us, vide l. proinde. §. fin. de stipu. ser.

LEX VI.

Legatum seruitutis er qualitate rei legate. & persone legata , magis presumitur factum contemplatione persone, quam rei. lia, quando simpliciter relinquitur, tunc dicitur seruitus realis. Extraneus, quod vadat per domos alienas. & videat earum se creta. non est conueniens.

Cōcessio cōtinēs beneficiū principis, in dubio intelligitur realis.

Concessio principis continens aliquid contra ius, facta ciuitati, vel vniuersitati, in dubio videtur realis.

Concessio continens priuilegium facta singulari persone, quan do dicatur realis, vel personalis.

Concessio priuati, vel inferioris a principe, continens meram fa cultatem facti, vt si dicatur, concedo tibi facultatem adeundi. pre sumitur personalis.

Concessio priuati. que refertur ad ius. si sit indeterminate respe ctu fundi dominantis. dicitur personalis: si determinate realis, ni si ex qualitate persone, & relicti aliud presumatur.

Imperator concedens iurisdictionem in quodam castro, in du bio intelligitur facta concessio castro.

Facultas eundi. an sit facultas realis, vel personalis.

Preterea †Ex qualitate rei legate persone legatarij presumitur legatū seruitutis magis factū contēplatione persone. quā rei. h. d. & est materia hui⁹ legis multū pulchra & subtilis. Oppo. & videtur q legatarius debeat habere viam per alium fundū testatoris, l. dā tas. §. j. ff. tit. j. & dixi plene ṡ. eo. l. j. & sic ad quemlibet successorē trā it. Dicit gl. hic loquitur quādo domus habebat iter per aliū lo um: ibi quādo per alium locum iter nō posset habere. Cōtra hoc opp. q † quādo via simpliciter relinquit, sit seruitus realis, nec debemus distinguere an sic iter per aliū locum, vel non vt ṡ. eo. l. si fundum. & j. l. proxima. Sol. fateor qō in dubio videt relinqui ser uitus realis. prout verba sonāt. l. si fundū. ṡ. eo. Fallit si ex qualita te persone legatarij. & ex qualitate rei. aliud presumit. vt hic. Hic enim relinquebatur via filie sue. & per domos hereditarias, & sic nō erat inhonestū, q filia induceret per domos patris: sed q ex traneus iret per domos heredis, vt videret eius secreta non esse conueniēs, l. ij. C. quādo & quib. quarta pars debe. & sic videt hoc magis relinquere contēplatione persone, quam constituere ius

a reale. Quero, vtrū concessio in dubio videatur facta in rem, vel
4 personam: Respond. †quandoqz talis concessio continet bene ficium principis. & tunc in dubio debet intelligi cōcessio realis quo niam beneficia principum, &c. l. fin. ṡ. de const. princip. de hoc in
5 Spe. de instr. edi. §. nunc autem. ver. si autem dubium. † Quādoqz concessio cōtinet priuilegium. hoc est. aliquid cōtra ius scriptum: & isto casu si quidē datur ciuitati, vel alicui vniuersitati. in dubio
6 videtur cōcessio realis. l. forma. §. quanquā. de censi. Sīqz † datur persone certe singulari. & isto casu gl. que est in d. §. quanquā, vide tur dicere q in dubio videatur realis cōcessio nisi aliud appareat. dom. Old. reprehendit ibi illam gl. Tu dic de hoc plene, vt dixi in
7 l. qui tale. ṡ. soluto matrimonio. † Quādoqz talis cōcessio non con tinet beneficium, vel priuilegium principis: sed est illa cōcessio pri uati, vel alicuius inferioris: & tunc quandoqz conceditur mera fa cultas facti. vt si dico. Concedo tibi facultatem eundi. vel q pos sis ire. & similia verba que referuntur ad factum magis quam ad
b ius: b & tunc concessio presumitur personalis. l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ṡ. de leg. j. facit Inst. de stip. ser. §. sed cū factum. Si ve
8 ro concessio refertur ad ius: tunc aut fit indeterminate, respectu fundi dominantis. & presumitur concessio personalis, l. pen. supra de ser. rusti. prędio. Aut determinate, & tunc in dubio presumitur concessio realis. c. cum venissent. extra de insti. & ṡ. de ser. rusti. prędio. l. antepe. & per totum. vt supra eo. l. si fundum. nisi ex qualitate persone. & relicti aliud presumatur: hic est casus in hac l. Et per
9 hoc si Imperator concedit c iurisdictionem in quodam castro, &
c dubitatur vtrum concessio sit facta Comiti illius castri. vel sit fa cta territorio. ego in dubio presumo esse factam concessionem ter
10 ritorio. nisi ex verbis cōcessionis aliud appareat. vt ṡ. dixi. † Que
d ro vtrum d illa facultas eūdi sit seruitus realis. vel personalis: De hoc plene dixi infra de alimen. & cibaria lega. l. Mela. §. fina.

ADDITIONES.

a ALEX. Quero vtrum. An in dubio cōcessio intelligatur personalis. Item adde secundū Bal. An. & Im. in l. quia tale. sol. mat. q vbi tractatur de cōmissione officij, in dubio intelligitur de personali. l. cuius. C. de cur. fur. l. antepe. & ibi not. ṡ. de tute. nisi committeretur sub nomine dignitatis. c. quoniā Abbas. de off. dele. l. solidorum. C. de exc. mu. libr. & facit quod not. in l. more. & in l. quia. de iurisd. om. iud. quid autem in rescriptis. & iurisdictionibus, vtrum conuenire possint successores. vide quod not. per doct. in l. ij. C. quando lib. prin. da. per Cano. in c. significante. de rescri. & ade his Bar. in cōsi. inci. primo queritur vtrum iurisdictio & imperium. & que no. Bal. in ru. C. de pri. do. & omnino Bal. in l. liberti li berteqz. de ope. lib. & l. si non speciali. C. de testa. Dic q in dubio intelligitur priuilegium concessum tam persone. quam loco. & cō cessio in dubio intelligat realis, tenet gl. xxv. q. ij. in summa. Spe. in loco hic alle. & vide Jo. an. in regula. priuilegium. in mer. & qō not. glo. in l. sordidorum. C. de exc. mu. lib. x. Bal. autem in l. fi. C. de con sti. prin. tenet contra Bart. hic in fi. Bald. in l. fi. ff. sed & si quis. C. communia de lega. dicit q officia sunt personalia, in dubio scripsi post Imo. in l. maritum. sol. mat. vide Bal. in l. j. ff. libertatibus cū ver. seq. ad fi. de cadu. tol. vbi dicit, q si Baro legat ius colligendi passagium, est ius reale. & vide glo. in c. cum venissent. de instit. que est contraria illi que est in decre. alle. ṡ. & eam sequitur Jo. And. in d. regula. priuilegium &c. Adde an in dubio concessio sit realis, vel personalis. Pe. de anch. consi. cccxxviij. An. consil. xliij. lib. ij. Bald. consi. ccxv. & xcvj. lib. iij. & consi. cc. lib. iiij. Federic. consilio lxviij.

b ALEX. Quam ad ius. Et vide que dixi post Barto. in l. ṡ. de consti. princ. vbi late. & vide no. per Bald. in l. apud Julianum. §. si quis alicui. de leg. j. & ibi per Imo. & vide Imo. in l. si sic. de ver. obl. & no. in Iuris gentium. §. pretor. de pactis.

c ALEX. Si Imperator concedit. Adde gl. in l. forma. ī. de censi. quod videtur in dubio realis. Et no. Bar. in l. continuus. §. q si ab eo. de verb. obliga.

d ALEX. Quero vtrum. Vide Bar. in Linter eos. ṡ. de acquirē. rerum do. & in consi. incip. queritur an iurisdictio. & Bald. in l. fi. ṡ. de consti. princ.

TITVLVS IIII.

De dote prælegata.

Quero. Quid importet istud prę, dic vt in gloss.

LEX I.

1 Legatum dotis continet id, quod actio de dote originaliter contineret.

Exceptio, que ex pacto oritur, tollit delationem legalem.
Legatum dotis, non tollit exceptionem peremptoriam a lege inductam, z nume. 4.
3 Pactum de dote lucranda, habet locum, quando matrimoniū casu, vel culpa communi soluitur.

1 CAm dos. Dotis † legatum continet, id quod actio de dote originaliter contineret: z exceptio que ex pacto oriretur, tollit etiam dilationem legalem, exceptionem vero peremptoriam, que a lege inducitur, tale legatum non perimit. h.d. z nihil aliud. Ho. ter. ibi, nā quod est admissum. ꝛc. Opp. secundum gl. z videtur, q̄ prelegatū dotis contineat plusquam actio de dote, vt hac lege, versi. verum est. Sol. continet plus scz in tempore, sed non in quantitate. Op. Instit. de leg. §. sed si vroꝛi. Sol. Ibi legauit certam quantitatem p̄o dote, hic vero dotem simpliciter legauit, quantitate non expressa. Item opp. z videtur, q̄ tale pactum, q̄ vir lucretur dotem
a propter liberos debet valere, [a] l. ij. ſ. de pac. do. z in l. inter socerum per totam l. Sol. ille leges intelliguntur secundum istam, quia habent locum, si predecessit mulier: secus si vir. vt hic. Et ideo debes
2 scire, † q̄ consuetudo que est posita in l. dos a patre, q̄ dos retib neatur propter liberos. debet intelligi [b] quādo predecedit mulier: sed si predecederet vir nulla retentio propter filios fieret: qō examinani plene in l. post dotem. ſ. sol. matri. ¶ Quarto opponitur, z videtur q̄ illud pactum, q̄ dicitur de diuortio, sit iniquum, vel superuacuum, nam iniquum est si matrimonium solueretur culpa viri, superuacuum est si solueretur culpa mulieris, quoniam ipso iure debet perdere dotem, l. consensu. C. de rep. gl. fatetur contra
3 rium: z dicit, † q̄ illud pactum habet locum quādo fit diuortium casu, vel culpa communi. ¶ Quinto op. q̄ hodie pactū de lucrādo dotem in casu diuortij, non habeat locum cum diuortium non
c possit fieri de iure Canonico [c], vt no. in l. rerum. ſ. rerum amo. z l. diuortio. ſ. de neg. gest. gl. fatetur contrarium. Dicitur hic in ver. impense, q̄ exceptio peremptoria, que a lege inducitur, non tollitur per legatum dotis. Contra, q̄ imo legatum dotis tollit exceptionem compensationis. que est peremptoria vt ſ. eo l. dote. So.
d z aduerte [d] quedam † est exceptio peremptoria, que antequam in iudicium deducatur, dotem minuit ipso iure z ista nō tollitur per legatum dotis, ita loquitur hic in ver. impense, Quedam est exceptio peremptoria, que dotem non minuit ipso iure. licet actionem possit elidere, z ista tollitur per dotis legatum. vt hac lege. §. j. z l. dote. ſ. eod. Ratio apparet exp̄essa ex ipsa verborum significatione: quia si testator legat dotem, si dos est iam minuta. solū id quod remanet est dos. Sed quando exceptio nō minuit dotem ipso iure, tunc totum est dos. z exceptio per legatum tollitur: z hoc vult dicere Jurisconsultus. ¶ Ultimo op. z videtur q̄ etiam ista exceptio impensarum necessariarū tollatur. vt ſ. e. l. iij. in prin. z l. Meuio. §. j. ſ. de leg. ij. Respōdeo. hic loquitur quādo dos legatur simpliciter. q̄ tunc non potest deberi, nisi quatenus erat dos: sed in contrarijs non fuit legata dos simpliciter, sed quicquid occasione dotis peruenit: vnde inspicitur id quod occasione dotis peruenit, nō id quod erat in presenti. videbitis ſ. eo. l. dote. z l. iij. in prin.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Debet valere. An z qñ valeat pactū super dote, z in preiudiciū mulieris, siue mariti, vide late Imo. in l. socer. §. Lucius, sol. matri. sequitur in l. p̄o hereditarijs. C. de here. act. vbi dicit. qd si simul omnes perirent, z vtrum istud pactum locum habeat simpliciter, an si decedat cum liberis ex primo matrimonio, z quid in statuto, vide Pau. de ca. in l. ij. in prin. ſ. sol. ma. Et quid in donatione propter nuptias, an pactum de causa lucranda eodem modo intelligatur, vide Bartol. in l. iij. §. j. C. de bonis que liberis.
b c ALEX. ¶ Debet intelligi. Sed quid si per pactum vel statutum maritus debet lucrari dotē vroꝛe predecedēte, z vroꝛ legauit dotē suā alteri, an possit: Dic q̄ sic. ter. est no. z q̄ ibi p gl. in l. cū marit. §. fi. ſ. de pac. do. Tu vide bal. i l. p hereditarijs. de here. actio.
c ALEX. ¶ Jure Canonico. Vide Bal. in l. si qua. C. de secū. nup.
d ALEX. ¶ Et ādūerte. Et quando intelligatur relictum dotis deductis expensis. vide omnino Bartol. in l. Meuio. de leg. ij.
1 ☞ Legatum dotis quando extinguatur.
2 Testatoꝛ legans centum que habet in arca. vel apud se deposita habet. an valeat legatum, si centum non reperiuntur.

1 TAdeo autem. Dotis † legatum extinguitur, si postea dos mulieri recte soluatur, vel res dotales intereant, vel si ab initio dos perfectē constituta non fuit: sicut cū legatur coꝛpus qō in rerum natura non est h.d. Dp. q̄ dos nō possit solui cōstante matrimonio, l. j. C. si constan. ma. dos sol. Sol. Intellige, q̄ hic fuit soluta in casibus permissis, l. mutuis. ſ. manente. ſ. de iure do. z l. quamuis. ſ. solu. matr.
a Item opp. [a] q̄ licet extinguatur dos, non tamen extinguitur legatum, vt ſ. de leg. ij. l. cum filius. §. heres. gl. nō soluit: quare Dy. dicit q̄ ibi debitū non erat extinctum, sed erat in alia speciem gationis trāslatum: hic vero omnino extinctum. Jdē no. hic
2 q̄ ille † qui legat centum, que in arca habet, vel apud se ta habet, si non reperiunt, non valet cōtra hoc videtur si non designata. C. de fal. cau. adiec. z l. cū tale. §. falsam. z demon. Jn gl. sunt due sol. Una est, q̄ ibi legauit certam quantitatis dotis in genere, vt puta, centum, que in arca Jdeo si nō reperitur, legatū vitiatur, vt l. si seruus legatus quinq. ſ. de leg. j. z est vera sol. Alij. vt Roꝛ. dicunt, q̄ id citur in si. est verum, si probetur testatoꝛem errasse secus ſ. h.d. vt probatur in legibus cōtrarijs. Videamus an ista ra. Et videtur dicere Roge. eo ipso q̄ probatur error. falsa vitiat legatū. Contra, imo debet probare testatoꝛem alter
b rum non fuisse, [b] l. cum tale. §. falsam. j. de cond. z demonstr. Quandoq; causa legandi nō est obligatoria: tūc illa causa citur coherere legato, nec legatū vitiatur, nisi probaret testaliter legatarū non fuisse. d. §. falsam. Sicq; causa legādi gatoꝛia, tunc talis causa legādi dicitur inherere legato. q̄ legatum, eo ipso q̄ erroꝛ probatur. ita loquitur dictū Rojſ. C. de fal. cau. adiec. leg. Secundo videtur, q̄ Roge. malo in alio, dicit enim, q̄ qñ lego centum que in arca habeo, videoꝛ magis designare certam quātitatem, non coꝛpus Contra hoc videtur. d. l. si seruus. §. qui quinq. ſ. de leg. ij. ne respicias verba Roge, non retulit se ad legatū centū ça habeo: sed ad legatum centū que apud me deposita ex verbis eius euidenter apparet. z probatur. ¶ Quaꝛto dicit, lego centum, que apud me deposita sunt, vrū videatur se referre ad quātitatē vel ad coꝛpus. Jac. de Ar ad coꝛpus, qꝛ de natura depositi est, vt certū coꝛpus Lucius. ſ. depositi. ideo ad coꝛpus se refert. Dd. dicit. bio videtur se referre ad quantitatem, nisi designetur
c sunt, l. Lucius. §. quisquis. ij. ſ. de leg. ij. quod satis placet

ADDITIONES.

a AND. BAR. ¶ Item opp. Jsta gl. est sing. z no. sum no. z sing. in l. fi. C. de don. cau. moꝛtis. z quod j. de donation. causa moꝛtis.
b ALEX. ¶ Legaturum non fuisse. Et ista facit. Pau. de rescripta Titio de Bononia. z est de Padua, an valeat Spe. in tit. de rescri. p̄esentata. §. commune autem. vt dubitetur. facit. hīs verbis. §. fi. de here. instī. z latius per l. demonstratio falsa. hic allegata.
c ALEX. ¶ Placet mihi. Facit l. si seruus ſ. eo. z hoc ibi Pau. de Ca. in §. fi. cum l. sequen.
1 ☞ Legatum non vitiatur, si ex tribus demonstrationibus sit falsa. alie due vere.

a §. Si quis vroꝛi. [a] monstrate, ꝛc. Ho. quo feci magnum festum in l. demonstratio. in prin. mon. Pone aliquis dicit, Lego domino Bar. Petri
1 b rato, legum doctoꝛi. modo est verum, q̄ sum de Sarzana gym doctoꝛ, non tamen sum Bar. Petri. Certe si de tiones sunt vere, illa falsa demonstratio nō vitiat. xi, in d. l. demonstratio. §. j. de conditio. z demonstra.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si quis vroꝛi. Nunc tertum ad vnum legē Bart. in l. de etate. in versic. nunc ad propositum. de minoꝛ.
AND. BAR. ¶ Et vide casum fin. in l. Titius. ad ſ. geminata conditio excusat quem de falso. z vide tertiū in l. cum scimus. de agri. z censi. libꝛ. x. vbi geminata lidatur.
b ALEX. ¶ Domino Bar. Vide casum de quo Bar. fecit festum in l. demonstratio. j. de cond. z demon. z adde q̄ in l. j. §. fi. j. de appel. in ver. super tertio quero.

LEX II.

1 ☞ Donatio causa moꝛtis magis accedit contractui, quā me voluntati.
2 Filiusfamilias quare potest donare causa moꝛtis, z non re
3 Dos quod debeat esse vbi sunt onera matrimonij, intelligi spectu viri, non mulieris.
6 Actio de dote oriatur constante matrimonio.
7 Testatoꝛ legans dotem videtur ius dotis legare. si quic uenit de dote, videtur legare quantitatem.
8 Mulier que agit ad dotem legatam per socerum, actione mento, si cautio fuit omissa, potest conueniri actione caueat.

TSocer. *Jsta lex ponit multos casus, diuido vobis. Primo, loquitur testatoꝛ legat dotem nurui, vsque ad §. per

cundo, quando legat dotem viro, vsq; ad §. idē Julianus que-
ñ dotem. Tertio, quando legat dotē extraneo, vsq; ad §. idem
ianus querit. si mulieri dos. Quarto ponit casus communes
mnia præcedētia dicta, vsq; ad finē legis. Et quelibet particu
uiditur in alias particulas: ideo gratia breuitatis omitto.
t. ter. ibi, quippe, &c. Ante oia expediamus gl. Opp. de l. mor-
ne causa. in princ. de do. inter vir. & vxo. gl. soluit aliud in lega-
t hic: aliud in donatione causa mortis, ª vt ibi: rationem no-
gnat gl. & q2 donatio causa mortis magis accedit cōtractui: ꝙ
tum est mere vltima voluntas, ideo ibi non valet inter virum
orem, vide gl. que incipit, & ideo contra marituꝫ. Ex hoc reddi-
ratio, quare filiusfam. potest donare causa mortis, & nō testa-
plene no. in l. tam is. §. j. j. de do. cau. mor. Itē op. gl. de. l. sed &
o dote. §. si nurui. j. de leg. præstan. Sol. gl. Non ob. vt patet ex
entibus §§. illius legis. ¶ Querit gl. quid si filius non habet
eredes, & hereditas patris nō est adita, quantum ad actionē
onalē constat q̄ eam non potest intentare, q2 non habet con
quem intentet. Sed an poterit intentare actionē hypothecā
n, vel qualiter sibi subuenietur? dicit. gl. sibi subuenietur ex ge-
alitate regule. l. si is. §. j. de in. do. quā glo. signa. Videte regulā,
ne ponit in d. l. si is. §. j. est, q̄ ibi debeat esse dos, vbi onera ma-
monij sustinentur: sed regula illa nō videtur subuenire mulieri,
marito, qui sustinet onera matrimonij: & ita dz intelligi hic gl.
uenietur ei. scilicet marito, referēdo se ad regulā. ita dicit Jac.
Are. † An autem vxor possit agere ex vigore l. si constāte. §. sol.
Dic vt ibi plene examinaui, in materia de repetentibus dotē,
in viij. q. secūde partis principaliter allegaui hanc gl. ¶ † Pro
laratione induco in ar. hāc l. q2 primo hic videt casus, q̄ quis
potest pati se conueniri actione que non competebat, vt hic,
prin. Nam video. testator non pōt grauare heredem, vt ipse cō
latur actione, que non est. In contrarium videtur casus in l.
ianus. §. quantum autem. §. ad exhib. Solu. quedam ᵇ est actio
semel fuit nata, licet sit extincta, & ista actione bene potest pa-
uis se conueniri, & procedit iudicium, licet appareat actio ex-
ta. Ita loquitur d. §. quantū autem. Si vero actio nunq̄ fuit
ᵈ tunc quis non potest pati se conueniri, & si appareat nō esse
am, iudicium non procedit, vt hic, in princ. nisi actio pendente
cio debeat oriri. l. si Titius. j. de verb. obl. & ibi latius dixi. Se
ndo scitis, ꝙ quedam gl. dicunt, q̄ actio de dote oritur cōstan
matrimonio. Alij dicunt tantum soluto matrimonio, vt not. in
risgentium. §. vt puta post diuortio. §. de pact. & not. j. eo. l. pa-
Dic tamē est casus, q̄ nō oritur cōstāte matrimonio. ibi quip
nupta est. Dixi plene in l. si cōstante. §. j. §. sol. matri. ¶ † Que
quid in dubio? Rñ. in dubio verba testatoris sunt inspicienda:
t legauit dotē simpliciter, & videtur legare ius actionis de do-
vt j. l. priori. in fi. Aut legauit quicquid peruenit de dote, & vi-
tur legare quantitatem. l. Mevio. §. a me. §. de leg. ij. j. l. priori. in
in. ¶ † Quero, dicitur hic q̄ mulier dz cauere, quid si cautio
a fuisset omissa? Respōdeo, pōt mulier conueniri actione incer
vt caueat, vel repetat quod datum est, l. & si nulla. §. de leg. j. & l.
ui exceptionē. §. si pars. §. de cōd. indeb. Tene menti que s. dixi.

ADDITIONES.

L AV. DE SEISS. ¶ Si socer. Intellige tamen, & limita per
que not. in l. cum mota. C. de transact.
LEX. ¶ Causa mortis. Utrum donatio causa mortis, sit vlti-
a voluntas, adde Ang. in q. inci. Alstensis miles. Tu collige bo-
am doc. er no. per Bal. in l. j. C. de do. cau. mor. adde tamē casum,
quo magis accedit vltime voluntati, quam contractui in l. j. &
Bal. C. de secun. nup. & vide etiam ibi Sali. qui etiā dicit q̄ in-
uantum ad originem talis donatio exigit contractum, & olim fie
at per stipulationem, hodie pacto nudo secundum gl. in l. cū pa-
r. §. Mevio. de leg. ij. sed inquantum ad effectum & priuilegium
agis assimiletur relicto. Ita loquitur d. l. j. de secun. nup. hinc est
er do. cā. mor. transit dominiū recta via, sicut de legato, text. est
ng. in l. ij. §. de pub. Item in ea habet locum ius accrescendi, sicut
legato, in l. vnica. in fi. C. de cadu. tolen. & ita tollitur contraria
oluntate, sicut legatum, l. vbi ita donatur. j. de don. causa mor. ſz
hoc differunt: q2 legatarius potest repudiare legatū, sed q̄ se
el agnouit donationem causa mor. nō potest postea repudiare,
no. in l. cum pater. §. j. de leg. ij. & istis adde glo. Justi. de do. §. j. &
icit Bal. in l. hac consultissima. C. qui testa. face. pos. q̄ statutum
ciens mentionem de vltima voluntate, nō habet locum in don.
au. mor. secundum Bal. & Imo. in l. j. §. de test. contrarium vide-
r velle Bal. in l. fi. in vlt. col. de fideic. dixi post doc. in l. ij. §. de le.
Adde an donatio magis accedat contractui, quam vltime vo-
ntati. Bald. cons. cj. & consi. clxij. & clxvj. vbi an vsurarius possit
ausa mortis donare.
LEX. ¶ Sol. quedam. Hic videtur sing. obstare ter. in l. ij. C. de
ac. cum sim. p2o quo ibi vide Fulgo. Item contra Bart. vide-
tur casus in l. cum putarem. & ibi doc. famil. ercis. dixi post Ro. in
l. si Titius. vbi doct. tangunt. de verbo. obliga.
AND. BAR. ¶ Et illum ter. not. q2 est singularis, & vide casum
in l. optimam. C. de contrah. & commit. stipul.
c POMA. ¶ Si vero actio nunq̄ fuit nata. Cū Bar. tenet Raph.
& Mod. in l. si Titius. hic alle. Are. in §. quedā, ver. aduertatis ta-
men. in fi. Inst. de acti. Aler. cons. crrrvj. inci. in causa. & questio. in
ij. volu. contra tamen Bart. tenet Aleran. & Are. in d. l. si Titius.
IO. FR. RV. ¶ Adde q̄ contra tenent Are. & Aler. in d. l. si Ti-
tius. sed eum sequitur Rapha. cu. & Ro. ibi. & Matheſi. sing. viij. &
Ang. de Are. in §. quedam. Insti. de actio. & ita communiter te-
netur secundū Jas. in d. l. si Titi⁹. vbi rūdet mortuis Aler. & Are.
1 ☞ Actio de dote quomodo supersit, quādo dos sit soluta viro.

§. Per contrarium.

(Legatū dotis filio erhe-
redato factum, ipsum ac-
tione de dote non obligat, sed si legatum petere volet, heredi-
bus cauere debet. hoc dicit.) ¶ Quero de ratione diuersitatis
inter peculium legatum libero, & dotem legatam marito: Re-
ſpondeo. actio de dote procedit ex contractu & ideo licet heredes
soceri desierint habere obligatio ex contractu remanet: sed obli-
gatio de peculio habet instar realis actionis, l. quesitum. in princ.
& de pec. Si ergo desijt habere peculium, desinit teneri illa actio-
ne de peculio: sicut in pupillo, qui sine sui culpa desijt rem posside-
re, l. si a bone fidei. & de rei vendicat. Dicitur hic, q̄ conuenitur
seruus non heres. Cōtra. imo heres. l. ij. C. an seruus ex suo facto.
Tres sol. sunt in gl. Una est. q̄ libertus conuenitur, scilicet in esse
ctu. sed heres principaliter. Ista sol. reprobatur in fi. glo. q2 secun-
dum hoc non esset differentia inter peculium & dotem. Soluit gl.
secundo modo. & nihil valet. Ultimo soluit. & bene, vt in ea patet.
Et rationem huius sol. gl. ponit in l. contraria, quia quando liber
tas directo datur heredi. culpa non potuit imputari: quia nullo
tempore potuit retinere peculium, sed quando per fideicommis-
sum potest imputari culpa, quia non debuit manumittere. nec pe-
1 culium dare, donec creditoribus satisfieret. ¶ † Ultimo dicit hic,
q̄ licet dos sit soluta viro adhuc actio de dote superest. Istud di-
ctum debes intelligere, quando matrimonium fuit postea solu-
tum inter vxorem & virum eius. alias non peteret. vt in prin. hu-
ius legis. Vel si ponis constante matrimonio, debes exponere,
actio de dote. id est. spes actionis de dote, alias non procederet.
1 ☞ Debitor si soluat creditori creditoris sui, an extinguatur ob
ligatio.

§. Idē Julianus querit, si dotē.

Opp. q̄ solutione facta alteri, actio cōpetens marito perimi non
poterat. l. si Stichū §. fi. j. de dona. Breuiter ego dico. q̄ hic solu-
tur alteri. qui ab ipso marito dotē repetere posset, sicut si credito
ri mariti solueret. Vel dic. q̄ hic fuit legata dos marito pro mulie
re, vnde merito pōt mulieri solui. ¶ † Ultimo nota ex isto §. q̄d si
debitor soluat creditori sui creditoris extinguit obligatio. Cōtra
rium no. in l. solutū. §. solutam. & de pi. actio. Pro hoc est glo. in l. si
cum militi. de compensa. & in l. si opera de doli excep. & Instit. qui-
bus modis tollitur oblig. in princip.
1 ☞ Statuto stante q̄ massarij cōmunis, nullam pecuniā possint
soluere, absq; detractione sex denariorum pro libra. si cōducti fue
rint doctores pro certo salario absq; aliqua deductione, qualiter
illis sit consultum, si massarij velint seruare statutum.

§. Item querit.

Hec est tertia pars. Op. j. ad l. fal.
Sol. Falcidia non detrahitur respectu finalis effectus, sed ab ini-
tio sic: vnde illa secundum istam debet intelligi. ¶ Quero, si hic,
cōmoda representationis in hoc legato sic obseruenť quero, quid
si non fit dictū an si dos ipsi mulieri prælegaretť, defalcaretť cōmo-
dum representationis. Quidā dicūt, q̄ non. l. si vsufructu⁹. §. j. j. ad
l. fal. & d. l. cū dotē. Contrariū determinat gl. & bene. per l. j. §. si quis
1 creditori. ad l. Fal. Et rēplū ponit glo. ¶ † Ultimo ista lex est bona
a ad vnā questionē, que fuit de facto. Doctores fuerūt ª cōducti ab
isto cōmuni p2o certo salario, absq; deductione alicuius gabelle,
demū erat aliud statutū, q̄ massarij cōis nullam pecuniā possint
soluere, nisi detrarerint ſex denarios p2o libra: quereba. an a do-
ctoribus debeat detrahi? Determinatū fuit q̄ Massarij debeant
detrahere: sed doctores contra cōmune, in eo q̄ eis detrahetur
habent actionē. Et hoc probatur per hunc tex. licet nō fuerit alle
c gatus, & per §. sed & marito. j. ea. l. Unde deuentū fuit, ᶜ q̄ illud q̄
p2o gabella deducebatur iterum soluebatur cum deductione ga-
belle, donec gabella ad nihilum deueniebat.

ADDITIONES.

a AND. BAR. ¶ Doctores fuerunt. Et vide Bart. in simili in l.
omnes populi. ff. de iusti. & iur. nec Imperator potest si vellet, nisi
esset iusta causa, vide quod no. in c. j. de natu. feu. in vsi. feu. & quod
no. in l. Cesar. de pub.

b ALEX. ¶ Fuerunt conducti. Adde quæstio. quam in simili ponit Bart. in l. Hesennius. §. fi. in prin. ad leg. Fal.

c ALEX. LOS. ¶ Deuentũ fuit. Exemplifica hoc modo. doctor debet habere centum ducatos in anno, ex quibus Massarij detrahent decem pro gabella: demum de mandato cõmunis soluêt ista decem & detrahent vnum pro gabella. denuo soluent vnum, & detrahent decimã partẽ illius. tandem vsq; ad nihilum deduceretur gabella. not. q; alibi nõ reperies exemplificatum, & est subtile.

§. Idem Iuli. querit si mulieri.

Istud quod in hoc §. dicitur. q; mulier cui legata est dos, non patitur Falcidiam, intelligo quando soluto matrimonio fuit legata, q; erat sibi debita: secus si adhuc debita non esset, vt j. proximo §.

§. Sed & marito

(Dos legata matrimonio constante patitur Falcidiam, licet illud in familie erciscun. iudicio deducatur. h. d.) ¶ Facit ad id quod dixi §. proxi. §. & in §. item querit.

c ☞ Fundus & estimatio si legatur vni & eidem, vtrunq; legatum concurrere potest.

§. Mela scribit.

Hic est nouus §. & sibi nescirẽ dare concordantiam aliquam, ideo tene menti. ¶ Quero hic, vtrum fundus fuerit datus in dotem estimatus, vel inestimatus: Quidã intelligunt de fundo dato in dotem inestimato: sed hoc non placet gl. q; secundum hoc nullum esset legatum q; fundus inestimatus debet reddi incontinenti. §. exactio. C. de rei vxo. actio. & sic nullum commodum contineret: licet aliter no. gl. in l. diuortio. §. interdum. ff. sol. matri. & ibi reprobatur. Vnde gl. dicit. q; fuit datus estimatus, an sit verum, j. dicam. ¶ Sed retenta illa lec. quero, que est ratio huius §. Dicit glo. nec circa eandem rem concurrant due cause lucratiue: & ista ratio colligitur ex legibus allegatis in sequen. gl. scilicet. in l. Meuius, in prin. ff. de leg. ij. & l. plane. §. j. & u. ff. de leg. j. Sed hoc non videtur aliquid dictum. Nã quando fundus datur in dotẽ estimatus, non
a est in dote fundus, sed pecunia. a l. quoties. ff. de iure dotium. & l. si
x inter virum. C. de iure dotium. Sed quando vni & eidem legatur fundus, & estimatio fundi, vtrunq; legatum potest concurrere. l. fundum. j. de nouatio. Ho. per Dy. in c. bona fides. in fin. extra de re. iur. lib. vj. & sic mulier haberet vtrunq; quod puto verissimum. De hoc est gl. no. in l. Licinius Nocusta in princ. ff. de lega. ij. & ibi dixi me dicturum hic. Quomodo ergo respondemus ad hanc legem: Respondeo, duobus modis. Primo. q; dicamus hunc fundum datum in dotem inestimatum, vnde fundus erat in dotẽ, nõ quantitas. Et hoc apparet ex ter. qui dicit, non bis, sed semel deberi fundum, non dicit estimationem fundi. Si tu dicis, secundum hoc, legatum non valebat, cum non haberet commodum. Resp. pone tali modo q; valet. q; ex pacto fundus non debebat inconti nenti restitui. Secundo modo respondeo, etiam sustinendo gl. q; hic fuit datus estimatus: tunc est dicendum, q; primum legatum fuit factum exp; esse contemplatione dotis, & pro dote, & postea dos fuit legata simpliciter: vnde cum ob eandem causam sit factũ non debetur nisi semel. l. Lucius. §. impuberem. ff. de leg. ij. & l. alimenta. §. Basilice. de alimen. & cibaria lega. tene menti, q; vtilia sunt.

ADDITIO.

ALEX. ¶ Sed pecunia. Ho. quando relinquit fundus dotalis, an debeatur estimatio, & fundus. Adde Bar. in l. plane. §. j. de le. j.

§. Ibidem Mela.

Oppo. & videtur quod non tenetur stare colono, l. nihil proponi. §. fi. ff. de leg. j. cum simi. Dicunt quidam speciale in dote. Dic vt plene dixi in l. si filio. §. fi. ff. solu. matrimo.

LEX III.

1 ☞ Mulier eatenus onere fideicommissi grauari potest, quatenus legatum dotis excedit quantitatem.

2 Fideicommisso in vniuersali non venit quod quis extra iudicium defuncti percepit.

3 Dotis quantitate legata, videtur legatum id, in quo dos erat minuta propter impensas.

4 Prælegatum factum vxori, in dubio non videtur factum animo compensandi.

Cum quis

Supra locutus est Iurisconsultus de prælegato dotis: hic vero loquit̃ de fideicõmisso, quo grauatur mulier, cui dos est prælegata: siue legetur dos mulieri, siue aliud pro ea: eatenus autem † potest onere fideicõmissi grauari, quatenus relictu dotis quãtitatẽ excedit h. d. fm Dy. Ho. q; dixi in summario. Secundo no. q; in fideicommisso vniuersali nõ venit, id quod quis ex iudicio defuncti non percepit, vt hic in versi. nam & si quis. Dicitur hic, q; fuit prælegata dos: vnde videtur legatum id, in quo erat minuta dos propter impensas. Contra de leg. j. §. eod. versi. impẽse, &c. Sol. ibi fuit legata dos simpliciter: hic vero fuit
3 † legata quantitas: vel fuit dictum, quicquid ad me pervenerit.
a Menio. §. a me. de leg. ij. Dicitur hic. a hoc tamẽ animo
4 † quid in dubio. an videtur relictum animo compensandi &
re: Casus est q; non nisi exprimatur. in l. vnic. §. Secundum. C.
vxo. actio. & l. creditorem. ff. de leg. ij. Facit, id quod dixi in l.
dotem. §. fi. pater. supra soluto matrimo.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Dicitur hic. Et facit iste versi. nam & si quis. a
mes concessit militi castellaniam cum quarta omnium
num. Quæritur, cum quidam debeant amittere bona, qui
derunt comitem. an castellan^a de illis bonis debeat habere
tam, per Bal. in c. j. de cap. qui cu. vend. refert Old. determi
non, sed si pene desenderent ex delictis inter alios commi
in comitem. bene deberet habere. & ita sequitur Bald. &
Old. ita determinauit consi. cclviij.

1 ☞ Grauari vltra quam sibi relictum est, quando quis

§. Mulier.

(Si aliquid legatur mulieri animo sandi, & rogatur restituere, quicquid
peruenerit, non solum rem principalem, sed etiam fruc
tuet.) Iste §. comprehenditur sub precedenti summar
proinde, & est not. ideo menti tenendus. Opp. ad istum
quod his verbis. ff. de leg. iij. Responde gl. hoc est specia
iecturata voluntate defuncti. q; reliquit pro debito: vn
voluisse q; quicquid habuit vltra debitũ, restituat cum fr
1 quod tene menti. Op. contra hanc legem. q; quis poss
vltra quam est sibi relictũ. l. Imperator. §. j. ff. de leg. ij. Sed
gue aut legatur quantitas a legatario quantitat
a legatario speciei, aut species a legatario quãtitat
a legatario speciei, vt colligitur ex ter. in d. l. Imperat. j.

LEX IIII.

1 ☞ Verbum, amplius, non inducit repetitionem, nisi alia
eo, vel hoc.

2 Legans vxori centum, præter, vel supra, vel vltra dotem,
legare dotem.

Quia

(Verbũ amplius repetitionem
h. d.) ¶ Opp. quod verbũ amplius
dicatur, hoc amplius, vel eo amplius, nõ
titiones. l. si seruus. §. si ita scriptũ. ff. de leg. iij.
2 opi. in gl. vltima est vera, & examina vt dixi in cõtrario.
a ro. quid si testator dicat, lego vxori centum præter dotẽ
legata dos? Certe sic. l. Seio. §. vxori. ff. de am. ¶ Sed qui
rit, lego centum b supra dotem, an videatur dos legata. Bre
de Are. q; videtur legata dos: q; verbum supra intendit
cut verbum amplius. allegat ff. so. mat. l. diuortio. §. quã
ver. item si locatio, & si vno. §. pe. ff. loc. & est casus cum
c l. Seia. ¶ Sed quid si dixit, lego centum vltra dotem
tur legare dotem? Dixit Jac. de Are. q; sic. & vide
Hoc ponit Jac. de Are. hic, & l. qui bona. §. fi. qui
no infecto.

ADDITIONES.

a AND. BAR. ¶ Quero quid si. Et no. de ista dictione præ
præ, & vltra. si legentur decem præter fundum, debentur
de dictione super, vide ter. in c. fi. de ordi. cog. vbi pon
no, rei substantiam. c. super literis. de re. spo. & vide
rit. & obe. Quandoq; exponitur pro præter. in aut
tem tutelam. collatio. iij.

b POMA. ¶ Sed quid si dixit, lego cẽtum. Et de istis
vide Jas. in l. actione. de transac. & in l. si eum. §. am
can. Old. cons. clxix. per Rom. cõs. cccxvij. in vltima
Et de dictione præter. vide ter. in l. si ita legatum. in
ga. primo.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Adde Are. in l. diuortio. §.
no. col. j. §. solu. matri.

c ¶ Vltra dotem. Adde Ang. consi. cccvij.

LEX V.

Cum vulgari

(Prorogatio tis. h. d.) Opp. §. de leg. j. l. talis. in principio. So
le est in legato. dotis. Et est ratio, q; legatum ad dotem
a alias legatum efficeretur a inutile. Ita dicit gl. & bene.

ADDITIO.

a ALEX. LOS. ¶ Efficeretur. Ho. ex his verbis per hunc
nunquam fit relatio, quãdo ex relatione actus infirmatur
per Decium consi. xiij. versi. confirmatur. vol. j.

LEX VI.

Dote prælegata.

(Propter impen les, vel donatis
legata non retinetur: impense tamen necessarie

,hoc dicit) Opp.ſ.de leg.ij.l.Menio.ſ.j. Bl.non ſoluit.ſed ibi paret ſolutio: q; debemus intelligere, quando legauit dotem ſpliciter:ſecus ſi legauit.quicquid ad eum peruenit: quia tunc n deduceret impenſas neceſſarias, vt ibi dicitur in text. z vi tis ſupra eod.l.iij.

LEX VII.

Legatum alternatiuum in corpore, quod non reperitur in um natura,z in pecunia,valet in pecunia.

Am ſcriptum. [a]Si legatur aliquid pro dote,adiecta certa quãti tate:ſiue dos fuerit nulla, ſiue minor, tenet legatum,hoc it.Mo.ter.in fi.†quando legatur corpus, quod non eſt in rerũ ura,z pecunia alternatiue valet legatum in pecunia. Opp. de ,adeo.ſ.eo.Solu.ibi fuit relicta dos.non adiecta certa quan te:hic vero fuit expreſſa certa quantitas.

ADDITIO.

Cum ſcriptum. Vide Bald.pro iſta l.conſi.ccxj.in l.pater.ver. ne per ordinem. Vide Alex.conſi.rxxij.in fine.in iij.volumi.

LEX VIII.

Promittens indemnitatem, intelligitur promittere de de dendo.z tenetur iudicium ſuſcipere,licet non cogatur.nu.3. tio de dote nata eſt conſtante matrimonio, licet agi nõ poſſit, ror.quando heres ſoceri non eſt ſoluendo.pro legato dotis ei n facto.poteſt agere contra maritum,z qua actione. pothecaria intentata veniunt etiam nomina debitorum.

Pater. [a]Vba ler videtur aliquantulum intricata, ſed in veritate non eſt.Primo.ponit vnus dictum vulgare. Secundo, circa illud format ſeptem queſtiones.per ordinem.Secũda ibi, ſed ſi primus.Ter bi.quod ſi ratum. Quarta ibi, ſed ſi totam. Quinta ibi,ſed ſi as.Sexta ibi.ſi forte.Septima ibi,quid ergo. Opp.per or em ad quamlibet partem, z primo ad primam partem. Dici hic.q; erheredatus debet cauere de indemnitate.Cõtra, imo et cauere. q; heredem defendat.non de indemnitate, l.ij. poſt n.ſ.eo.Sol.fateor.†q; idem eſt dicere de defendendo,z promit e indemnitate:imo qui indẽitatem promittit cogitur ſuſci e iudicium[b] vt hac l.in prin.coniuncto verſi.q; ſi ratum,z con cta l.ij.poſt prin.ſ.eo.Et hoc ſentit Jac.de Are.[c]Facit ad hoc C. de in lit.dan.tu Facit l. ſi quid poſſeſſor.in prin.ſ. de pe.he hoc tene menti.quia non reperies alibi ita bene. Ald ſecũ m partem opp.Dicitur hic,q; mulier dotem recuperauit.Con mulier conſtante matrimonio non poteſt dotem recuperare, rebus.ſ.omnis autem.de in.do. Quare Ro.dicit hic,q; ma monium eſt ſolutum:ſed iſtud eſt diuinare contra mentem l. no e:vel dicit Roge.dic,q; vir vergebat ad inopiam. Banc ſol.gl, obat in l.ſi conſtante.in prin.ſ.ſol.ma. Tamen iſtam ſuſtinui, ,vt ibi diri. Alij vt Jaco.de Aret.dicunt, q; hic matrimonium etur eſſe ſolutum reſpectu ſoceri defuncti.l.cum hic ſtatus. ſ. ſocer.ſ.de do.inter vir.z vxo. Sed hoc eſt contra l.ij.in prin. ſ. abi.quippe nupta eſt. Alij,vt Azo, dicunt,q; hec mulier de fa o dotem recuperauit,que ſibi fuit per heredes ſoluta: quia de re recuperare non poterat. Banc ſol. Azo. puto veram,z intel go, q; vxori fuit ſoluta in caſibus in quibus potuit, l.mutus.ſ. anente.ſ.de iure do.z l.quamuis ſupra ſolu.matri. Alij, vt Joã. unt, †q; actio de dote committitur matrimonio conſtante. l.ſi ſtante.ſ.j.ſ.ſol.ma. Ald illum.ſ.gl.reſpõdet dupliciter,z ſic ha s duas lect.in illo ſ.quas ibi examinau. Durũ eſt omnino con ſtimulum calcitrare:q; actione de dote cõſtante matrimonio aget.l.ij.poſt prin.ſ.e.ibi, quippe nupta eſt ꝛc.quare tene lect. o.z lec.Rog.intelligendo,[b]q; vergat ad inopiam.quas lec.exa mam plene in l.ſi conſtante.ſ.j.ſol.matr. Item opp.q; ſolutio ta mulieri non dicitur nocere viro.l.ſi ſtichum.ſ. fi.j. de non.z l.ſ.fi.in prin.j.de verb.obl. Sol.hic non ſoluitur prorſus alij per ne.ſed magis videtur ſolutum creditori creditoris, vt dictum it in l.ij.ſ.idem Julianus querit.ſ.eo. Menio ad.ver.ſed ſi lex .z opp. quod non debeat detrahi filio, q; per familie erciſcũ de nionem.hoc conſequitur vt debitum.l.ſi filia.ſ.j.ſ. familie erciſc. o.dicit,q; hic matrimonium erat ſolutum. Solue verius,idem conſtante matrimonio.tamen hic agebat actione ex teſtamẽto, ſ.idem Jul.ff.eo. Opp.ad ver.q; ſi ratum.z videtur, q; non eat defendere:imo ſufficit.quod preſtet indemnitatem ex for ſtipulationis.vt ſ.ea.l.in prin.Sol.iſte ſtipulationes †idem im tant.vt diri. An autem poſſit preciſe cogi agere ad defenden m.die vt l.ſed z he.ſ.pater.ſ.de procu. Veritas tamẽ eſt,quod t ad defendendum teneatur,z ad ſuſcipiendum iudicium in ſe, en non preciſe cogatur. Dic vt ibi Menio ad verſi.ſed ſi to . Dicitur hic, q; actio iudicati, datur contra heredem.in eo d retinuit iure Falcidie. Contra, imo datur inſolidum, l.ſi a z.l.ſi procurator.ſ.de proc. Dicit gl.z bene,hic reſpicit finẽ q ſi ſolueret inſolidũ,heres reuertetur cõtra maritũ,in ea parte que fuit ſibi ſolura. Querit gl.quid ſi fuit cautum: Dicit gl.tũc ma ritus poſſet cõuenire inſolidũ vel aliter, ſi eſſet cautũ poſſet heres inſolidum cõuenire.ſi eſſet cautum.z fuit preſens tempore ſtipula tionis.ſed hoc non placet gl.per l.ſi procurator.in fi. de procu.ſed Dyn.ibi negat dari actionem in dominũ, er ſtipulatione interpo ſita per procuratorẽ:ſed ex ſtipulatione interpoſita per ſeipſum, non negat quin actio detur. Alij, vt Jaco.de Ra. reſpondent ad queſtionem quod ſi eſſet cautũ animo nouandi, non poſſet poſtea e conuenire.l.delegare.ſ.de no. Menio ad verſ.ſed ſi primus. [c]Hic dicitur, quod quando ipſe vellet agere familie erciſc. non poſſet incõtinenti dotem conſequi. Cõtra ſupra fa.er.l.ſi filia.ſ.j. Bl.dicit,intellige, quod hic matrimonium erat ſolutũ: vel ſi conſtaret, ita quod vir ſuſtineret onera matrimonij:tũc incontinenti dotem recuperabit. Quero, quid ad propoſitum,nonne ſoluto matri. vir vxorem deberet alere intra annũ, vt not.in ſ.exactio.C. de rei vxo.actio. Dicunt doc. Intellige,quod hic erat caſus.in quo non debebat alere,z ideo ſi aliquod lucrũ erat medij temporis, debet eſſe heredis:ſicut quod lucratur ex pacto.l.ij.C.fami.erciſc. Vide te,credo.quod iſte leges hodie ſunt correcte:q; omne lucrũ quod venit ex dote.vel ex eius occaſione,eſt aduentitiũ, z debet reddi fi lie,non autem debet eſſe heredum patris.l.j.C. de bon. que liber. Sed de iure antiquo eſſet diſtinguendum,aut maritus ab heredi bus patris petit actione ex teſtamẽto,z incontinẽti poteſt,vt hic, Aut actione fami.erciſc.idẽ,ſi matrimonium conſtabat,vt ſ.eo. l.ij.ſ.idem Julianus querit.z l.ſi filia.ſ.j.ſ. fami erciſc. Aut matri monium erat ſolutũ tunc aut vir alimentabat vxorem,ſecundum quod not.in ſ.exactio.z idem,vt hic,z l.ij.ſ.idem Julianus ſupra eo. Aut eã non alimentabat,z tunc non poteſt incontinenti agere,vt hic,in fin,ſed hodie ſecus,vt diri. Menio ad verſi.ſi forte. dicitur hic,qs debet ſubueniri heredi:quero, qua actione ſubue 4 quid ergo. Dicitur hic,quod†ſi heres ſoceri non erat ſoluendo, poteſt agere cõtra maritum:quero, qua actione: Ter.hic dicit v tili actione,z ſatis hoc placet mihi.z habet multa remedia. Primo habẽdo ratum in ſubſidiũ,z ageret actione mãdati,vel negoti orum geſtorum.argu.eius quòd no.ſupra eo.d.l.ij.ſ. idem Julia nus querit. Item cũ mulier habeat obligata omnia bona ſoceri, ſocer habeat condictionem incerti cõtra heredes ſoceri, illam cõ dictionem incerti vtilẽ poſſet intentare vxori,l.nomen. C.que res 5 pignoob.poſ. Tamen poſſet dubitari:q; gl.videtur dubitare,an veniant nomina intentata hypotheca.l.heredem.C.de here.ac.ta men veritas eſt,qs veniunt. Poſſet etiam habere actionem de do te ex equitate huius legis,z l.ſi.ſ.de eo per quem factum erit.

ADDITIONES.

a Pater. Pro concordia,aduerte q; promittens indẽitatẽ etiã ſi renunciet beneficio de fideiuſſoribus.poteſt petere prius excuti principalem.ita Bar.in l.quero.ff.loca.in l.vnde queritur.per illũ ter.ff.commod.z in l.j.C.de comue.ſerc.debi.lib.z.per illum text.vbi Aler.in addi.ad Bar.qui alleg.ſibi contrarium in hac l.pater.tu dic ſaluando Barto.vt per Bal.in l.ſi pro ea.in rij.q.C.mand.vbi Bal.dicit qs quando promittitur per fideiuſſorem creditori, pro cedit prima opin.per not.in l.ſi.ff.ſi cer.pe.in l.ſi ſtipulatus.ſ.fin.ff. de verb.obli.z d.l.j.per Bar.in d.l.quero. Si vero reus promittat fideiuſſori de conſeruando ipſum indemnem, z tunc procedat ſe cunda opin.z fuit de mente Bar.in predictis locis,vel aliter poſ ſet ſolui ſecundum diuerſa tempora,vt etiam ex mente Bart.ap paret.z ex forma proceſſionis.

b ALEX. Suſcipere iudicium. Fideiuſſor indemnitatis cogitur ſuſcipere iudiciũ,qs non reperies alibi. Alibi dicitur q; talis pro mittens etiam iure iſto habet beneficium excuſſionis, fin Bar.z quod ibi diri in l.quero.ſ.loc.quod no.vide tamen qs not.Bart. j.ea.l. An autẽ promiſſio iſta contineat fructus vel intereſſe, vide Bal.in l.ij.C.de ſen.que ſine certa quant.nam paria ſunt.promit tere indemnitatem,z promittere defenſionem.

c ALEX. Jaco.de Are.Adde Bal.in l.cum tibi.C. de eui.z de natura fideiuſſionis eſt quod fideiuſſor ſeruetur indemnis. Bald. in l.conſtitutionibus.C.de vſur.z vide Bal.in rubr.C.de verborũ ſignificatio.in vij.q.z no.quod ſicut filius mortuo patre poteſt ac cipere dotem vxoris ſue,cauendo eos indemnes,vt hic, iſtud eſt verum etiam in patre nepotis, ſi viuo eo data fuit dos. C.de rei vxo.actio.l.vnica.ſ.cum que ex ſtipulatu.z ibi Bald.in fin.z l.ſi fi lia.ſ.hoc amplius.ff.familie erciſcunde.

d ALEX. Roge.intelligẽdo.Et facit iſte ter.ad queſtio.ſi marit' egit ad rem dotalem conſtante matrimonio.z ſuccubit.an ſol.ma. vxori agenti obſtet exceptio rei iudicate.de quo per Bal.in l.do ce.in fi.C.de rei vend.

e ALEX. Sed ſi primus. Ad iſta,vide gl.z Barto.in l.ſi maritus.z quod ibi diri.fami.erciſcun.

LEX IX.

Vir vxori. Licet mancipia moriantur, estimatio eorum certa legata debetur. hoc dicit. ¶ Opp. imo videtur, quod mortuis mancipijs, estimatio non debeatur, l. quidam. §. si tibi. ff. de leg. j. Ad idem l. Titie. §. si. eo. tit. Sol. hic loquitur, quando legatur certa quantitas pro pretio serui: secus si serui pretium legaretur, quantitate non expressa. vt ibi. Et hoc forte voluit dicere Ro. qui dicit, certam. Item opp. & videtur, quod teneantur heredes in quantitate non expressa. l. plerunque. & l. in rebus. supra de iure dotium. Solu. intelligе, quod decesserunt sine culpa heredis, seu mariti.

LEX X.

Vxori mee. (Legatum in speciebus estimatis & inestimatis comprehendit res, non pretium earundem. hoc dicit.) Quero, que ratio fuit dubitandi? Respon. ratio poterat esse, quia illud adiectiuum, estimata, refertur ad omnia precedētia: quod Iurisconsultus remouet, quia per hoc, legatum fundi Corneliani efficeretur inutile. Quero de vtilitate huius l. respon. vt in gl.

LEX XI.

Si Seie. (Illud quod detrahitur a collegatario mulieris falcidie nomine, accrescit mulieri. h. d.) Ro. ex hac l. si vni legatur fundꝰ simpliciter, alij vero animo compensandi cum debito, nihilominus faciūt sibi partes per concursum. Secūdo no. q in eo quod detrahitur per Falcidiam, non faciunt sibi partes per concursum. Tene menti.

LEX XII.

1 ☞ Adhibitus ad stipulandum dotem, non videtur adhibitus animo donandi.
2 Adhibitus ad stipulandum animo donandi, si fiat mentio mortis, intelligitur causa mortis.

a **Seia.** [a] Adhibitus ad stipulandum totam dotem, in dubio non videtur adhibitus animo donandi. Item adhibitus animo donandi, intelligitur causa mortis facta est mentio. hoc dicit. ¶ Ho ex hac lege tria. Primo, q dicit. supra dotem, quia per hoc videtur legare dotem, dixi. §. eo. l.
1 qui ita. Secundo no. † q adhibitus ad stipulandum, in dubio non
2 videtur adhibitus causa donandi, † Tertio no. [b] quod adhibitus
b ad stipulandum animo donandi, intelligitur causa mortis. si fiat mentio mortis. Istos duos passus examinaui in l. que dotis. j. solu. matrimo. Ulti. signa gl. vltimam que est hic.

ADDITIONES.

a ¶ Seia. Pro concordia. Aduerte si mulier adhibet aliquem ad stipulandum dotem reddi in vnum casum tantum, tunc semper videtur adhibitus animo donandi. Ita intelligit Bar. in l. cum maritus. §. fi. ff. de pa. do. in op. & in l. que dotis. ff. solu. matri. Contrarius alle. in d. l. que dotis. per Aler. in hac l. Seia, maxime in summario. Soluit Aler. q in d. l. cum maritus, constabat de mente donandi. Alia sol. posset dari per illa verba in vnum casum tantum, quia ita non loquitur Bart. o. in hac l. Seia, vel aliter posset solui ex verbis Bar. ibidem.
b ANDR. BAR. ¶ Tertio not. & vide gl. in l. fin. C. de dona. cau. mor. & No. in l. que dotis §. soluto matri.

LEX XIII.

Qui dotem in pecunia. Si condictio pro parte est possibilis, sufficit si ei pareatur in eo quod possibile est. hoc dicit. & est notabilis casus. Et hunc passum examinaui in l. j. §. de condi. institu.

LEX XV.

1 ☞ Dicto vnius testis statur ex dispositione testatoris.
2 Testis vnicus facit semiplenam probationem.
3 Testis presumitur iuratus, si reperitur scriptum, testis iuratus, & presente parte, si hoc etiam scriptum reperiatur.
4 Testator si dixit, volo solui omnibus debentibus a me aliquid recipere, & de hoc stetur simplici dicto fratris mei, non valet, nisi aliquibus legitimis presumptionibus hoc presumeretur verum. Item valeret fauore pie cause.
5 Legatum incertum valet fauore dotis.
6 Captatoria voluntas valet in relictis ad pias causas.
7 Dispositione testatoris vel partium ille, cuius dicto stari debet, quando iure teneatur.
8 Assumptus & missus a iudice ad referendum, debet iurare.
9 Presentia partis an requiritur, quando ille, cuius dicto stari debet, refert.
10 Presentia partis non requiritur in relatione nuncij.
11 Presentia partis licet requiratur quando iudex eligit agrimensorem, & eidem dat terminum, vt vadat ad mensurandum: tamen in relatione non.
12 Testis potest dictum suum in scriptis redigere, licet iudex posset eum & videre, & audire loqui.
13 Promissio de stando simplici dicto partis, super damna. & passas, an valeat.

a **Theopompus.** [a] Ista lex ponit [illegible] credunt scire, & eam ignorant: & breuiter. hoc dicto vnius testis [b] statur, ex voluntate & dispo-
b defuncti, cuius solius dispositioni staretur. h. d. communiter
1 nostra colligit duo notabilia. Primo † q statur dicto
c stis, & hoc ideo, q testator sic voluit: & sic non ob. d. unius
2 C. de testibus, quod an sit verum j. dicam. Secundo no. q
testis facit semiplenam probationem, nec obstat. l. mari
questionibus: quare dic vt ibi no. ¶ Doct. & Old. indu
d legem ad questionem [d], reperitur in actis testis iuratus.
3 hoc presumitur iuramentum intercessisse. Videtur q fic
lege cum sua gl. Tamen dicit ipse, tutius est q fiat scrip
seipsum, scilicet de iuramento testis. Examinemus an sit
dico q scriptura probat iuramentum. Quandoq; enim
mento fit mentio de aliquo quod est possibile expedire
instrumentum conficiebatur: instrumentum probat hoc
fisse, vt no. in l. j. C. de fide instru. & iure hasta fiscali. & l.
C. de contrahen. & commit. stip. sed non probat partis
ideo consulo, q facias scripturam de iuramento, & q
sente: sed si scriptura diceret, testis iuratus parte presen-
4 ficeret. ¶ † Quero, dixit testator sic, volo solui omnibus
tibus a me aliquid recipere, vt de hoc stetur simplici ver
fratris mei, an valeat istud relictū? Et hic videtur ter. q
leat. Videte, in hac questione consului, & dixi sic, primo
dum quid importet, iteratur dicto eius. Respon. hoc est
eius, l. sciendum §. dictum. ff. de edil. edict. & ideo dico, q
e tas est captatoria, [e] q in secretum alterius voluntatis
tota ista dispositio, & ideo inualida. l. captatorie. ff. de le
torias. de heredi. inst. & ideo eius dictū non valet, nisi alie
gitimis presumptionibus hoc presumeretur esse verū. l.
5 redi. j. de reb. dubijs. Non obstat hec lex, q loquitur de
ius fauore legatum valet, licet incertum, l. cum pos. f. gene
iure do. preterea hic constat eum verum dixisse legitimis
ptionibus, q testator dixit, portionib' in quibus, &c. ipse
rauit postea, q filia minor haberet tantum quantum alia.
f lunt [f] predicta, † in relictis ad pias causas, & statur
6 captatorie. c. cū tibi. extra de testa. ¶ † Quero. cū testator
7 q ſtetur dicto alicuius, [g] verū ille qui dicit, debeat iurare
g Et hic videtur ter. q sic, dicit enim iuratus scripsit. Ideo
* co sic. Quandoq; testator dicit standum esse dicto alicuius
h quod ipse testator sibi dixit: & tunc q dicitur illius est
modo testimonium voluntatis defuncti, magis quam
deponentis: tunc debet deponere per iuramentū
& l. iurisiurandi. C. de testi. Quandoq; testator
cto alicuius, hoc est, voluntati alicuius, de eo q
videbitur: tūc in isto casu non est testis iste. sed magis
trator: ideo non debet iurare. arg. auth. decernimus
* arbi. & l. non ex omnibus. ff. de arbi. & hoc est verum,
quis est assumptus a testatore, vel a parte simpliciter
8 meretur a † iudice dicente, vade ibi, & referas mihi
i videtur [i] de tali re, vt medici cū assumunt ad videndi
tunc debent iurare. l. cōparationes. C. de fide instr. licet
noretur in l. iurisiurandi. C. de testi. & l. j. post prin. ff. de
cien. Contra predicta facit l. hac edictali. §. his illud. C.
nup. vbi videtur dici, q quando a partibus assumitur
k rare. [k] Solu. intellige q assumitur a partibus. de mandato
cis, vel a assumitur a partibus hoc agentibus, vt iure
9 vt hic. Item quero, quando aliquis, cuius dicto statur
dictū suum, an partes debeant esse presentes? Hic videtur
non. Videte, quandoq; ille cuius dicto statur, debet
testimonium de voluntate defuncti, tunc in istius
clarata, non requiritur presentia partis, vt hic. Item
pars debet esse presens quando testis iurat. Isti quando
tibus. quia illud verum est, quando persona testis non
bata, quia de facto contra personam testis posset
hic persona testis est approbata, vnde non potest
* contra dictum nec contra iuramentum: * nam non
presentia trahere in contrariam sententiam. Nihil enim
pro sensu iudicat: sed solū voluntatem testatoris declarat
doq; statur eius declarationi, & de proprio sensu iudicat. &
quiritur presentia partis. l. si quis arbitratu. j. de ver. obl.
xi plenissime. in l. mulcta. j. de condi. & demon. & l. quod si non
quid ita. ff. de edi. edic. ideo q eius presentia posset trahere
10 trariam sententiam, vt ff. de arb. l. si in tres. Et per hec
citionem ad multa. An quando nuncius refert, debeat
presens? Certe non cum solum referat quod factum

sona approbata est. Ad idem. iudex cõmittit alicui vt vadat, inspiciat illum agrum, & referat, debet ne esse pars presens? Respondeo, in commissione debet esse presens, q; posset opponere contra personam, q; esset suspecta: & debet dari terminus, vt vadat, & tali die, & tali hora ad agrum. l. iij. C. finium regundorũ. & l. generaliter. §. pen. C. de rebus. credi. sed relationi non debet esse prestitum. Facit q; dicitur, *quod depositioni pars non debet esse presens, sed iuramento sic, vt C. de testi. l. si quando. ¶ Quero, an frater possit deponere [m] dictum suum in scriptis? Puto quod sic. [n] si iudex vellet eum videre, & audire loqui bene posset hoc facere, q; videbit qua trepidatione dicat [o]. l. de minore §. tormenta. quæstio. sed si dictum suum vellet redigere in scriptis, posset, sic facit l. discretis. C. qui test. fac. pos. ¶ Ultimo ista lex facit quæstio. de eo quod quotidie fit, vt promitto Titio restituere summa, & expensas, que fient in tali lite, de quibus, stetur eius simplici dicto: nunquid valet? Et q; non, vt refert Ly. C. de pac. l. si in conscribendo. Dy. q; sic, l. fi. §. de pacto. stip. dic vt ibidem.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Theopompus. Facit ista lex quid si vnus testis est approbatus, & datus pro confidato ab vtraque parte, an probet per se? Bal. in l. in bone fidei. versi. sed dubitabatur de Titio. C. de fide. dicit aut partes consentiunt in persona, & in dicto, aut in persona tantum, & adde q; vbi persona est approbata ab vtraque parte non requiritur iuramentum. secundum Bart. in l. Lucius. §. de fideiuss. quando autem dicunt partes, & conueniunt de dicto vnius an faciant plenam fidem, vide gl. & quod ibi in l. j. C. de sen. que pro eo quod interest, & vide quod tenet gl. veniens. & in c. licet de testi.

b ALEX. ¶ Vnius testis. No. q; dicto vnius testis statur in casu idẽ tenet gl. in c. veniens. & in c. licet. & in c. cum a nobis. de te. no. Tho. Adde an & quando partes possint facere q; stetur dicto vnius. & vide Bre. in c. proposuisti. de proba. & in c. quomã cõsalsam eo. tit. Lanfran. de Baxia. in repe. eiusdẽ in ver. testes. eor. Ratan. in cle. sepe. in prin. de verbo. signi. addentes intra. in ver. cicatrix. & ad materiã huius legis vide late. Alexã. in l. iij. & per totum. & in consil. cũ. versic. sed premissis. in ij. volu.

c ALEX. ¶ Iurisiurandi. Limita vt per Bal. in l. iurisiurandi. C. est. scilicet si id quod in scriptis deponit, legat, aliter non valet depositio.

d ALEX. ¶ Ad questionem. Adde tamen quod bal. in proe. ffo. in prin. in ver. item not. h. d. q; sufficit si reperiatur in actis iuratus, &c. q; tunc presumitur iuramentum intercessisse in forma, qua debebat ille iurare. Alleg. no. hic quod bene not. dicit quod no. Imo. in c. innotuit. de eo qui furti ord. suscep. & quod dicit bal. in l. iij. in princip. supra, de iureiur. q; sufficit si appareat de delatione per istum ter. Sed Ant. in c. fraternitatis. de verb. ob. & ad fin. videtur no. tenere contra Bar. & Rom. in l. sciendum. erog. mil. anno. lib. rũ. & Bal. in l. si quis in aliquo. C. de eden. Secundo idem tenet Bald. in c. j. §. quid sit inuesti. & Bald. in l. gesta. de re iudi. & Bal. in l. iurisiurandi. C. de testibus. & Bart. in l. ad onendi. de iureiurando. & vide Anto. & Imo. in cap. fraternitatis. de test. ¶ Adde an si reperiatur in scriptis testes interesse secundum morem, an presumatur presentia iudicis. Ol. cõs. cccxxiij.

e ALEX. ¶ Est captatoria. Ad hoc facit quod no. Bar. in l. si ita ipsero. de conditio. & demonstra. & hoc sequitur Imo. in l. captatorias. §. de here. institu. & in c. cum tibi. de test.

f NDR. BAR. ¶ Fallunt. Et vide moder. in l. captatorie. de mil. & vide in l. si vacãtia. C. de bo. vacan. lib. x.

g POMA. ¶ Quero, cum testator dixit. Adde Jas. in l. admonendi. in lec. in ver. pondera etiam. ff. de iureiur. & quod debent iurare, vide ter. in c. pastoralis. de excep. ter. in c. cõmebatur. in verbo. fir. habuerit iuramento de despon. impu. & vide de hoc Bal. in l. eius. test. Alex. consi. cccxxxvj. inci. clarissime domine vicarie. facit etiam. quia licet aliquid relinquatur conscientie alicuius. intelligi dummodo iuret. Ita Ange. Jpau. de Cast. & Mod. in l. de pupillo. §. qui opus. de quibus ibi per Alex. ff. de no. oper. nunc. vide etiam aliquid per Alex. cons. inci. viso themate. & in consi. inci. vi verbis. Ang. in l. apertissimi. C. de iudi. per Jpanor. consi. lj. & in j. volu. Ro. consi. xx. Fel. in c. proposuisti. de proba.

h ALEX. ¶ Steturdicto alicuius. Quid importent ista verba stetur dicto suo, vide Bald. in l. j. C. de his que pen. no. & inci. cõs. Bart. quidam habens bona communia. vbi vide. & Bald. in l. captatorias. §. de heredi. institu.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Hoc est verũ. Vide Ro. consil. xx. circa medium. vbi ampliat. vide etiam ad hoc. & alia que hic ponuntur Fely. in c. quia indicante. col. j. de præscript.

i ALEX. ¶ Tibi videtur. Adde quod not. Bart. in proe. ffor. in fin. princ.

k ALEX. ¶ Debeat iurare. Quod videtur tenere bal. in l. iurisiurandum quod ex conventione de iureiu. & Ant. in c. finem litibus. de do. & contu.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Nec contra iuramentum. Istud declara & intellige vt per Fely. in c. causamque. de re iudic.

l ALEX. ¶ Respondeo. Adde bal. in l. minori. C. in quibus cau. & in l. consentaneum. vlti. col. C. quomodo & quando iu. & vide bal. in l. hac edictali. §. his illud. C. de secun. nu. & bar. in l. qui bona. §. si j. de dam. infe. & bal. in l. iurisiurandi. C. de testibus. & Ange. in l. j.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Facit quod dicitur. Sequitur Flor. in l. si irruptione. §. fi. col. j. §. finium regundor.

m POMA. ¶ Quero an testis possit deponere. Contrarium tenuit Bal. in c. j. de testi. & de hoc vide bart. in rub. de fi. inst. in j. col. in fin. Alexan. in l. legata inutiliter. vlti col. ver. item inducitur iste ter. ff. de leg. j. Rom. cons. xxiij. incip. pro defensione. in j. colum. Fely. in c. j. de testi.

n ALEX. ¶ Puto q; sic. Sed an possit per procuratorem. vel nũcium deponere, vide bar. in l. qui bona. §. si alieno. de dã. infec. vbi videtur tenere q; non, & ibidem tenuit bal. in rub. §. de iureiu. & Ant. per illum ter. in c. licet de test. sed Joan. an. in c. vt circa. de elec. in vj. in nouella. tenet contrarium, & ita etiam fuit decisum per d. de Ro. & alias vidi consilium Lud. pro ista parte. & cum Bart. hic, concordat bal. in l. iurisiurandi. C. de testi. & bal. in l. in bonefidei. C. de rebus cre. in versi. sequitur videre. & Imo. no. in c. de testibus. extra de testibus.

o ALEX. ¶ Diceret. Sed an procurator specialis possit ferre testimonium veritatis pro domino, dic q; non, vt voluit Anto. in c. licet ex quadam. de test. hoc fuit dictum domini bar. in l. qui bona. §. si alieno. de dam. infect.

LEX XVI.

Licet placeat. Si res obligata in dote detur, & dos legetur, nõ debet ab herede lui. h. d.) Dic vt in l. si res. §. de leg. j.

LEX XVII.

Si dotem a matre. Nõ est verisimile testatorẽ vel le gratiare heredem duplici prestatione. h. d.

LEX XVIII.

Vxori. (Si testator legat vxori que sibi dedit, videtur dotem legare. h. d.) No. ex prin. q; si promitto tibi reddere quicquid mihi dedisti, q; venit id quod dedisti ob causam. si tamen sum obligatus ad reddendum: sed secus si non sum obligatus ad reddendũ, vt si mihi dedisti, ex causa emptionis, vel alia.

TITVLVS. V.

De optione legata.

LEX I.

1 ¶ Eligere habens pauperes, & inter eos bona testatoris distribuere, non potest vnum eligere.

a **Duus.** [a] (Optionis legatum pluraliter cõceptũ, refertur ad tria. hoc dicit.) Hec lex legitur in glo. duobus modis, & quelibet lectura est no. quod dic vt in gl. ¶ Opp. q; vnus tãtum possit eligi, vt omnibus legibus huius tituli. Respond. ibi loquitur, qñ relinquitur optio serui in singulari: hic vero loquitur quando legatur optio in plurali. Et sic no. [b] quod si testator iubet sua bona distribui inter pauperes eligendos per talem, quod ille non potest vnum eligere, [c] & dare ei omnia, arg. §. de annuo leg. l. iij. argu. huius l. *Secũdo modo legitur vt in gloss.

b

1

c

*

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Diuus. Sed an legatum optionis dicatur genus, vel species, vide Bald. in l. fin. §. fin. C. communia de lega. & ibi etiam dicit quid si in electione fuit error, an possit tacito consensu confirmari?

b POMA. ¶ Et sic no. Refert, & sequitur Bal. in l. j. C. de sac. sanc.

eccle. tamen concordat, Bart. cum Paul. de Castr. cons. ccxlvj. de cuius veritate vide ibi Mod. in l. vnum ex familia. §. sed & si fundum. ff. de leg. ij. & Alexand. & Doc. in l. quidam. §. pe. ff. de leg. j.

e ALEX. ¶ Unum eligere. Si aliquis est grauatus distribuere inter pauperes, non potest vnum eligere, & omnia ei dare. adde Bar. in rep. l. j. de sacro san. eccle. adde Paul. de Castr. consi. crlvj.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Argu. huius legis. Vide late Alex. in l. qui quartam. §. fi. ff. de lega. j.

LEX II.

1 Electio est legatarij in legato generis, quando testator de certo non sensit.

2 Legatarius non potest optimum eligere.

Quoties. In hac l. ponitur qualiter relinquitur optio, vel electio. Ite quis eligit (quid
a eligitur) quid si electio non valeat? & qualiter debeat electio fieri, & hoc vsque ad l. mancipiorum & hoc sit pro summario.

1 ¶ † Ad prima duo dicta quero, vtrum hodie in genere legato, sit legatarij electio? In hoc fuerunt opin. inter glo. que recitatur hic, & in l. heredes. §. si incerto. ff. famil. ercis. & ff. de legat. j. l. legato generaliter: dic vt tibi, quia veritas, est q electio est legatarij, si testator de certo non sensit. ¶ † Secundo quero, vtrū legatarius possit eligere optimum? Respondet Roge, q sic, quando expresse est relicta optio: secus si seruus est relictus generaliter, & sic optio est relicta tacite, l. legato generaliter. ff. de leg. j. & hoc tenet gl. j. qui & a
b quibus l. ij. Contrarium tenet gl. b hic, & bene per hanc legem, que equiparat ista legata, scilicet legatum optionis, & legatum serui generaliter, & alleg. l. fi. in §. j. C. communia. de lega.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Non valeat. Electio nulla, ius electionis non tollit, & facit ad id quod no. Jmn. in c. in literis de offi. deleg. vt refert bal. in l. si vt proponis. C. quomodo & quādo iu. qui vult. q si data est potestas vni eligendi officialem, q si elegit aliquem qui non poterat eligi, q potest iterum eligere, & ponunt Can. in c. si super gratia. de relcri. & in c. si compromissarius. de elec. in vi. & vide Bal. in l. post aditam. C. de imp. ¶ Adde an cum prima electio est nulla, iterum possit fieri alia. Ro. cons. ccccxvij. Et an cum electio in parte fuit nulla in totum vitietur. vide eundem con. lxvj.

b ALEX. ¶ Contrarium tenet gl. Et adde quod contra Bar. etiā tenet gl. in d. l. fi. §. j. C. de leg. & ibi sequitur eam Cy. & habetur per Jmo. in l. legato. §. de lega. j. & Bal. etiam in d. l. fi. §. j.

1 Electio debet fieri de rebus, que in hereditate reperiuntur.

2 Electio si non valuit, quia non congrue facta, potest iterum eligi.

3 Pauperes si eligi debent, & eligantur incapaces, an iterum eligere debens, possit eligere.

4 Peccatum si est in forma electionis, etiam scienter, perinde est ac si electio non esset facta.

5 Eligendi potestas si est data aliquibus, & electio non valuit, an & quando poterunt iterum eligere.

6 Electionē habere iure suo, vel iure alieno quomodo intelligatur.

7 Eligendi ius quis habeat iure suo, vel vt minister alterius, qualiter cognoscatur.

8 Statutum conditum a prioribus habentibus arbitrium, quando possit per successores reuocari.

§. Data igitur. Ro. q debet eligi de rebus heredi-
tarijs. Item oportet, q sit de eo genere, de quo data est electio: & si electio non valet, potest iterū eligere, & hoc si fecit ignoranter. secus si sciēter. ¶ Opp. de l. Titia. §. j. j. de auro & argento leg. vbi etiam res hereditarie non possunt
1 eligi. Solu. illud † verum, quando in hereditate de illo genere non reperitur: hic vero loquitur, quando sub illo genere in hereditate reperitur: & sufficeret reperire vnū, vel duo de illo genere, vt j. eo. l. si tibi. §. j. & l. si optio. ¶ Secundo pro declaratione legis dicitur hic, si nō valuit electio potest iterum eligere, si ignoranter elegit: secus si sciēter: & sic loquitur, quando electio nō valuit ratione rei
2 electe. ¶ † Quero, quid si electio nō valuit ratione electionis nō congrue facte? Respon. idē, q electio non consumitur, vt j. eod. d.
3 l. si tibi. §. vnius. secundum lectu. gl. ¶ † Quero, quid in electione
a personarum: vt, iussit testator bona distribui inter pauperes eligē-
b dos per suos fideicōmissarios, & fideicommissarij eligant pauperes incapaces, an est cōsumpta electio? Resp. aut elegerunt sciēter, aut ignoranter, vt hic dicitur. pro hoc extra de electione, c. cum in cunctis. & in auth. de sanctiss. episco. §. si quis autem citra memo
4 ratas. ¶ Posset † queri, quādo est peccatum in electionis forma, vt dixi, §. priori. in principi. l. vtrū debeat distingui sciēter, vel ignoranter male elegerit? Videtur quod sic, vt in c. qz propter. extra de electio. Sed contrarium crederem, q quando est peccatū in forma electionis. perinde est ac si electio nō esset facta. l. quid tamen. supra de arbitr. Non obstat. d. c. qz propter. quia habet locum in
5 sua materia, non in ista. ¶ † Ultimo doctores inducunt ad questionem cōcessa est quibusdā potestas eligendi modo sibi eligere
c & non valuit electio, an poterunt iterum eligere? Dyn. Bar.
d ponūt istam questio. in l. serui. electione. §. de leg. j. & c. de contrahē. empt. l. fi. in vij. quest. Bu. l. ponit in l. qui per fundum
e de iureiur. Et in hac questio. placet opi. Petri. quē concludit Ja. de Are. in dicta l. serui electione, vt diximus: & ita tenet, & tunc sunt functi officio suo, & iterum non poterunt eligere, l. iudex. de re iud. Aut electio non tenet: & tūc, aut habent eligē-
tiē iure suo, & iterum poterunt eligere, vt hic, aut habent eligē-
nem iure alieno: & tunc, aut fuit peccatū in forma electionis,
f rum poterūt eligere, perinde ac si non fuisset electus, & qui fuit ibi, aut fuit peccatū aliter. & tūc licet electio nō valeat, iterum
re nō possunt, l. si preses. & l. si vt proponis. C. quomodo & quādo iudex delegatus, si fert sententiā nullā, non poterit iterum
g re. § Predicta vera debent intelligi in eo qui habuit electionem suo, & electio nō valuit sine sui culpa, qui ignorauit de iure capacem, vt dixi. Ite predicta vera sunt, si est data potestas eligendi potestatem: secus si dixit, prouidendi, q tunc videtur usum, donec potestatem habeamus, & ita dixit Jmn. extra
6 deleg. c. in literis. ¶ Sed iurta predicta quero, primo, an habuit electionē iure suo, aut alieno: quero, quid est hoc dictum? ista verba debēt intelligi sic. suo iure, qñ ius eligendi mihi
na residet: iure alieno, quādo faciunt ex vigore iurisdictionis
terius: tanquā ministri: vel alterius, tanquam delegati. Cui
rius loquar, alij eligūt per eos l. j. §. qui mandatā. ff. de offi.
7 cui mādata est iurisd. ¶ † Quero, qualiter cognoscetur, an habuit ius eligēdi iure suo: an sit minister alterius? Respon-
tenda sunt verba statuti. vel reformationis dātis potestatem,
doque sunt verba expressa, que dicunt, Concedimus tales eligendi, nec vlterius limitant: & tūc transfertur in eum tanquam
di, & habet iure proprio. Sed si dicunt eligimus illum, quem
nauerit talis: tunc illi sunt nudi ministri l. vtrum. §. j. de reb. dub.
ponit Jmn. extra de elect. c. ne pro defectu. in fi. & ita tenet debere
uertere verba. si quidē reformatio diceret q illud quod fecerint
leat, & teneat, authoritate presentis concilij, tunc apparet, q
non habēt authoritatem a se: sed concilij. sicut per eos erat pro-
mio Just. circa medium. ibi authoritate nostra eis comparentur.
pro hoc magis expressum, extra de cle. egrotan. sub. vide ibi
neg. prela. c. j. in cle. Si vero essent verba dubia, ambiguitas
h ta, dicit q tales eligāt Potestatē: hic est aduertenda, quia
cōmittitur ipsis personis vnus actus tantū vt puta, electio
sentis Potestatis, in dubio debet intelligi q faciant authori-
communis, & ipsi sunt tanquam ministri. sed si committeretur
uersaliter: vt puta, q priores semper possint eligere Potestatem
tunc in dubio videtur eis cōcedi ius eligēdi iure proprio,
q iurisdictio propria, & ordinaria, non consueti exerceri
particulari, sed in quadam vniuersali administratione
in fi. C. vbi & apud quē. & de offi. prefecti vrb. l.
fi. pro patre. & in prima cōstitutione Digestorū. §. fi.
i ctores iudices in scholaribus: & intelliguntur iudices
q vniuersaliter eis cōcedit. secus si particulariter, vt vacante
hoc videt casus in c. cū aliquibus de rescrip. in vi. Prima
multū no. non solū ad ea q dicta sunt. sed etiā ad alia. Item
8 res † habētes arbitriū, fecerunt vnū statutum, an sequentes
k sint illud reuocare? Respon. distinguendo, quia quidē priores fecerunt
officio tanquam priores. q erat eis cōcessum, tunc sequentes
res. possunt. reuocare: si vero fecerunt ex authoritate
sic nō fecerūt priores: imo adunātia dicitur fecisse magis
res: & tunc sequētes nō possunt reuocare sine auctoritate
l tie. Ultimo vide gl. l. que incipit. q non tenuit ipso iure. &
tra. j. de re iu. Respon. ibi tenuit sententia ipso iure. sed
qs hic. l. preses. & l. si vt proponis. C. quomodo & quando

ADDITIONES.

a AND. BAR. ¶ Et fideicommissarij. Et vide doct. in c.
c. cum in cunctis. de elec. & sic si iuder tulit sententiam, ap-
terim iudicare? vide Bal. in tit. de sen. in addi. Spec.

b ALEX. ¶ An est consumpta. Vide Jmo. in l. serui elec-
j. in prin. de leg. j. ad fin.

c ALEX. ¶ Iterum eligere. An electio semel facta si non
iterum fieri possit, habetur per Bald. in l. qui per salt.
de iureiuran.

d ALEX. ¶ In l. serui electione. Et istam questio. vide ibi
Bal. & Jmo. & ibi etiam habetur per eos. quid si electus
uit electionem an iterum possit eligi? & videtur idem dicere.
citur, & vide Jo. an. in c. si cōpromissarius de ele. in nouel.
de quest. Bar. hic habetur per Jo. an. in c. grandi. de elec.
pone & vltra electionem requirebatur confirmatio? & in
nihil fuit oppositum, an in confirmatione poterit eppositum
cundum Jmo. quod non. in c. cum dilectus. de elec. & in
sa posset, & propric.

D. BAR. ¶ Pe. qui. Et no. pro dicto Saly. in d.l. si vt pro
s. & Ant. in d.l. iudex. contra tenet Joan. Cald. in c. qualiter
e accu. & vide Joan. de Imo. in d.c. in literis. & in cõtrarium
sus in c. quia propter. de election. coniuncto. c. si compromiss
s. cod. ti. lib. vj. vbi verbum eligendi, videtur intelligendum
ndum ter. d.c. quia propter vel saltem illa iura probant q
st bona ista differentia, & vide Inn. in c. in literis. de offic. de
in c. j. de re iudi. & Joan. de Imo. in d.c. in literis.
X. ¶ Perinde ac si non. Et ad hoc vide que not. Bar. in l.
ti. de do. La. in c. accedens. de preben.
X. ¶ Iterum iudicare. ¶ Per Bald. in l. si vt proponis la. j.
omodo & quando iudex.
i quidem. Et vide Bald. in l. absenti. de dona.
X. ¶ Judices ordi. Doctor est iudex ordinarius in schola
& adde Bald. in auth. habita. in vlt. col. C. ne fil. pro patre. &
to. in l. fi. ad fi. C. vbi & apud quem. latius per eum in l. ambi
in vl. col. j. de decre. ab ord. facien. & Bal. in l. imperium. in j.
de iurisd. omn. iud.
X. ¶ Respondeo. ¶ Pro prioribus terrarũ, vel ciuitatum.
quod no. Bartol. in l. si hominem. ff. man. an autem priores
ut facere contra statuta per adunantiam, vide no. Bar. in l.
de naui. li. xj. & ad Bar. adde id quod habetur per Bu. de
de Justini. C. confir. super ver. ratas, & in ver. priuilegium.
bar. in q. inci. adunantia generalis.
X. ¶ Ultimo. Vide gl. & adde que not. Bal. in l. digna vor.
egi. vbi ponit an successor possit infringere facta predecesso
etiam est videndum quod no. Bart. in l. omnes populi. in v.
n. in ver. quero vsq; ad quod tempus. ff. de iusti. & iur. & in l.
lationum. alie in fi. prin. de ver. ob. & hic adde no. per Imol.
Bal. & Ang. in l. ex facto. de vul. & pupil. ¶ Et adde an suc
debeat seruare facta predecessoris, Bal. cons. ccxli. lib. iij.

LEX III.

Licet. Tene bene menti istum casum; quia nota
bilis est, ibi, si ante.

LEX IIII.

Electio vt teneat, omnes debent exhiberi.

Cybi Ante exhibitionem rerum, electio nõ te
net, nisi legatarius fuerit scies. hoc dicit.
No. q omnes debent exhiberi, alias eligenti non prius
tur. ¶ Querit glos. † qua actione potest conueniri heres, vt
beat? dicit gl. actione ad exhibendum, vel actione ex testamẽ
t j. cod. l. si tibi. ff. fin. ¶ Quero, quot requiruntur vt electio
at? dic vt no. in l. serui electione. ff. de lega. j. ¶ Quero, vtrum
s debeat esse presens, vel saltẽ monitus? Cogitabitis. ¶ Ul
ista lex facit in arg. ad questionem, dicitur in l. de his. ff. de
sac. & l. j. ff. quemad. testa. aper. q de his controuersijs que ex
amento dependent, non potest transigi, nisi inspectis, & cogni
verbis testamenti; quero, quid si non inspexit adhuc tamen
e sciebat quid in testamento continebatur? Hic videtur text.
fficiat, vt hic in fin. ibi. cum sciret. Ad hoc facit l. scire. de legi.
scire, est vim & mentem, non verba tenere. dixi in l. qui Rome.
o fratres. j. de verb. ob. tene menti.

LEX VI.

Legatario optionis, statuitur terminus ad eligendum; quo
so, re non existente integra, eligere non potest.
ctio non est consumpta, si post terminum assignatum eligere
ent, heres non vendidit, sed pignorauit,
res non possunt produci post terminum datum ad producen
. nisi pars iuret ad se de nouo peruenisse.
rminus assignatus a iudice, in dubio intelligitur peremptoris,
arime qñ apponit cõminatio, qõ post terminũ non audietur.

Incipiorum. † Legatario optionis
terminus ad eligendum
statuitur, quo elapso, eligere non potest, si res non est
integra. h. d. & est bona lex, & menti tenẽda. Aduerten
est ad hanc legem, & circa eam primo opp. C. vt nemo inui.
j. Sol. illud quod ibi dicitur, fallit ex causa que ponitur hic
et. † Quero quo iure petatur a priore, vt istud decernat?
on. iudicis offi. implorator, qz verba dirigũtur ad iudicem.
d si minor. ff. si. ff. de mi. dicam in l. iij. j. de ali. leg. ¶ † Quero,
istud officiũ imploretur, dato illo libello ordinario? Puto q
mo fit summarie, & de plano: qz cũ statuitur terminus actori
gendũ, tenet Dy. q fiet sine cause cognitione, ita tenet in l.
. de acc. & in c. indultum. extra de reg. iu. li. vj. licet quidã mo
aliter dicãt, vt refert Ly. in l. si eq. C. qui acc. nõ pos. Sz opi.
plus placet. Primo, qz text. simpliciter loquitur, nec dicit de
cause cognitione. Secundo qz est causa manifesta, qz heres durã
te electione, nõ poterit de familia disponere: ideo non indiget pro
4 batione. l. j. in prin. cũ ff. de exerci. Quero † pone q in decreto fuit
apposita causa, ne venditio impediatur post rẽpus, modo heres
non vẽdidit post tempus, sed pignorauit, an propter hoc electio
fit cõsumpta? Hic videtur text. q sic. Contrarũ videtur dicẽdũ,
vt ff. de reb. eorum. l. si pupillorũ. ff. si pretor. Respon. ad hũc tex.
qz hic in decreto nõ fuit causa limitata, vt hoc fieret propter ven
ditionem tantum, sed simpliciter fuit dictũ: & illa verba in princi
pio, non sunt decreti: sed est quedã ratio Juris. ¶ Ultimo ista lex
a facit a ad q. Judex statuit parti terminũ † ad producẽdum testes,
5 an potest post terminum producere? & Jac. de are. dicit, aut par
ti aduerse nihil deperijt, qz pars aduersa habet probationes cõ
tra instrumenta, & testes, elapso termino, sicut eo pendente, admit
titur: alias non, vt hic, & refert Ly. in l. si ea. in fi. C. qui acc. nõ pos.
ibi tangitur per gl. & in l. iudices. C. de iud. & per Dyn. in c. indul
tum, extra de reg. iu. lib. vj. Sed non habemus ter. in simili extra,
de excepti. c. pastoralis. vbi non potest producere, nisi iuret ad se
de nouo peruenisse. & facit, c. cum dilectus. extra de fide instr. Pre
terea, distinctio Jac. nõ probatur hic, qz quicquid aduersa pars
incipit facere. & aliquo modo de bonis suis disponere, nõ admit
titur iste ad eligendum post terminum: ita in iudicio quocunq;
modo pars aduersa incipit litem agere, nõ audietur iste post ter
minum, nisi iuret iste ad se de nouo peruenisse, vt, ff. dixi. Ultimo
b no. b q † iste terminus datus a iudice, in dubio intelligitur perem
6 ptorius, licet non sit dictum, vt hic: vel verius eo ipso q iudex in
termino ponit comminationem, vt quia dicit, alias post termi
num te non audiemus, habet vim peremptorij, vt hic, & l. ad pe
remptorium, cum l. seq. precipue in l. nonnunquam. ff. de iud. Di
7 pl plene in l. ff. finita. ff. Julianus. j. de dam. infec. † ¶ Quero, ad
cuius petitionem potest exerceri istud officium iudicis. Respon.
ad petitionem heredis, vt hic. Item ad petitionem alterius legata
rij, l. si tibi. j. e. Item ad petitionem emptoris hereditatis, vel al
terius, cuius interest, vt. j. eod. l. si optio. ff. fi.

ADDITIONES.

reliqua retinet, tūc non venit in generali remissione, vt §. eo. l. Lucius. & l. tres fratres. §. de pac. Si vero fuit dol⁹ adhibit⁹, & quo nihil adest ei qui dolū cōmisit, tunc videt dolus remissus. Ita intelligo gl. in l. actione. C. de trāsact. & que dicta sunt. §. per dictos doct. Predicta vera, nisi ex ipsis sit facta mētio doli, & reliquorum tūe in dolo preterito, & reliquis preteritis, sufficeret, vt §. eo. l. Lucius, & d. l. actione. ista materia est qñ fit liberatio gratuita. In trā actione vero habemus aliā materiā, vt patet in l. age. C. de transac. & l. si de certa. e. tit. & §. de arbi. l. & reb⁹. & C. de iud. l. licet, tñ in cōtractibus iter viuos est quedā gl. in l. Pomponi⁹. de neg. gest. que in dubio videt sic distinguere, aut remittēs sciebat dolum, & videtur remittere, alias non. Sed illa gl. debet intelligi in eo, qui gratificat, & approbat negotia gesta: qz etiam ad probationem tendit nō principaliter ad liberationem, & ideo in illo actu illa distinctio potest ꝓcedere. Sed quādo quis simpliciter liberat, ꝓcedūt ea que dixi §. ¶ Quero, ꝑ quādo fit liberatio in vltima voluntate, quid importat hoc legatū. Et certe si fit patri, sine dubio istud legatū importat liberationem a toto, vt §. eo. l. Aurelius. §. Titius. Si vero fit extraneo, tūc aduerte diligēter, & credo, q tūc intelliges. Quādocz testator ipse disponit, & ipse liberat, & liberationem relinquit, non autē grauat heredem suū q̄ liberet, tunc non videt remissus dolus, neqz reliqua. Hic est casus in §. nostro cum omnibus similib. Idē si grauat heredē suum non agere, non autem grauat vt liberet, l. nō solū debitorem. §. pe. §. eo. Sed si testator grauat heredē vt liberet, vel vt quid simile faciat, tunc videtur remissus dolus & obligatio reliquorū, & omnia sicut in contrariis, vt §. dixit. Hic est tex. in l. si quis rationes. in fin. §. eo. & §. l. ꝓxi. Ratio horum videtur esse, qz vnum legatū dicitur plenius altero, vt dicitur in gl. supra ꝓxi. Vel dic rationem clariūs, in testamento, quādo testator relinquit, nō videntur remissa reliqua, quia mortis cogitatione turbatus, nō est verisimile quod de hoc cogitet. Sed quādo testator grauat heredē, vt liberet, videt grauare vt liberet inter viuos, sed liberatio inter viuos illud importat, vnde virtus illorū verborū hoc habet. Et si diceres, heres tenetur ad liberandum, etiā quando testator reliquit liberationem simpliciter, l. iiij. §. nunc de effectu. §. eo. est verum qz lex hoc vult, non q̄ testator dixerit, & sic nō apparet de volūtate eius, ita intelligo hāc materiam. Contra facit l. Aurelius. §. filias. §. eod. sed ibi dicā. ¶ Sed quid si relinquitur liberatio alicui ꝓ administratione futura, an habeāt locum predicta? Dico, quod ꝓ administratione futura nunquam potest videri remissus dolus, etiā si testator vel cōtrahentes expresserint, quod nō teneatur de dolo, l. si vnus. §. illud. §. de pac. & l. quidam decedens. de admi. tut. & ibi gl. & ideo l. si quis rationes. §. eo. debet intelligi, quando relinquit liberatio ꝓ administratione iā facta. Et ita intelligit Byn. illaz legem in l. quidā decedens. quod est valde notādum. ¶ Quinto quero principaliter, quando relinquitur liberatio simpliciter ei, qui tenetur pluribus actionibus particularib⁹. Bl. in l. emptor. §. Lucius. §. de pac. videtur intelligere, quod generalis liberatio ad omnia ꝓrigat, nisi appareat testatorē sensisse de certo. Sed ibi dicit, quod de certo tantū videtur mitellexisse, quando de aliquo specialiter mētio fuit habita, vt sic clausula generalis restringatur ad illud expressum. ¶ Ꝓ quo dictus §. Lucius. & §. eo. l. Aurelius. §. sticho. quod si esset verum, esset valde notandum: qz quotidie sic dicimus, ꝑ facio tibi instrumentū quittationis de centū. & postea dico, & generaliter, &c. vt illa clausula, & generaliter, referat tantū ad specificata. Hoc videtur cōtra casum l. pluribus. de accepti. Ideo ꝓ declaratione huius passus debes aduertere, qz quādocz clausula gñalis potest referri ad specificata, salua ratione recti sermonis, & tūc ad illa tātū restrigit, l. si ex plurib⁹. de sol. & l. si de certa. C. de transac. Si vero non pōt referri ad specificata salua ratione recti sermonis, tūc refert ad omnes causas*, quas remittens sciebat, l. pluribus. §. de accep. & cū hac distinctione debet intelligi l. emptor. §. Lucius. & gl. ibi posita. §. de pac. Ad causas tamē, quas ignorabat, nō potest referri, qz non est videri de his cogitatū, l. cū Aquiliana. supra de transac. 3. qz remittere est donare, l. cōtra iuris. in fi. §. de pact. sed ignorans nō donat. C. de do. l. nec ignorās. ergo &c. Predicta vera, nisi appareret remittentem voluisse remittere etiā que ignorabat, l. cū Aquiliana. de trāsact. vt qz dixit, volo q̄ omnis causa que esse possit, sit remissa, vt ibi dicit. Quando autem esset facta liberatio generalis, non facta expressione alicuius cause, tūc sine dubio referretur ad omnia, de quibus est cogitatū. d. l. pluribus. de acceptil. Predicta vera in liberatione, que fit ex mera volūtate. Sed quid si dicitur in instrumento predicta ideo fecit, qz fuit confessus sibi plene satisfactū de omnibus. Aduerte, quod ista verba, confiteor mihi plenarie satisfactū. si apponantur in vltimis voluntatibus, nihil operantur, nisi probetur. l. j. C. de falcan. adiec. leg. & l. Aurel. §. fi. j. eod. Idem puto, q̄ si apponatur in instrumento, in quo constituitur liberatio per acceptilationem. Ratio est, quia cum de natura acceptilationis sit, vt cum quis cōfitetur sibi solutum, illud
l quod sibi solutum non est, illa verba videntur apposita. magis ad solennizandum acceptilationem, quam quod hoc sit verum, l. iiij. §. nūc de effectu. §. eo. & l. mortis causa capimus. §. j. §. de donat. causa. mor. * Sed si non continetur in instrumēto acceptilatio, sed simpler quittatio videtur magis dubiū. Nam ille, qui dicit, sibi de omnibus satisfactum, omnia scire videtur. Dubitatiue dico, q̄ refertur ad omnia, nisi probet se ignorasse, quod probare est
13 difficile, quia presumptio est contra eum. ¶ Sexto quero, ꝑm quādo est vna causa particularis, in qua sunt alique cause accessorie, quid iuris? tunc respondeo, ab omnibus videtur liberatus, licet
m de accessoriis nihil sit dictum, l. si cum tibi. C. de iudi. ¶ Possemus
14 etiam querere, quid ꝑ si vna causa est tantum, & facio tibi liberationem generalem, & assero mihi solutam partem: vt si debes mihi centum, & facio refutationem ꝓ quinquaginta mihi solutis. Est de hoc casus C. de transact. l. si quidē. & ideo hodie habentur forme liberationis ita generales, quod omnia comprehendunt.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Caius. Sing. dicit Ang. in cons. clxix. vbi de hoc plene circa princ.

b ALEX. ¶ De quo per gl. Idē dicit not. Bal. in c. j. in prin. per illum tex. per quos fiat iuesti. vbi omnino vide. & istū tex. alle. nor. Bald. in l. j. in lec. ij. in repet. de sac. sanc. eccle. in q. 8. pdigo. & in l. si curatorē habens. de in integ. rest. in. Dubiū est an si minor xxv. annis dat in testamēto licentiam excutiendis vt vēdāt predium, an tunc requiratur decretū iudicis, de quo vide not. Bal. in l. predictū. §. quando decre. opus nō est, vbi alleg. istū tex. & ad Bar. hic vide Bal. in l. si frater. C. qui test. face. pos. & ibi etiā quid si fuit dolo inductus ad testādū. & qd in donatione causa mortis, vide Bal. in d. l. si curatorem habens. Adde predictis vt per Ro. cons. cxix.

c ALEX. ¶ Cepone q̄ aliqs. Adde Bal. in l. sub pretextu. in. ij. C. de trā sac. ad fi. & in l. actiōe. eo. tit. & Bal. & Imo. in l. si seruꝰ verit⁹. de l. j. & Bal. in l. cū necessitatē. C. de fideic. per Bal. & Ang. in l. si vnus. §. illud. §. de pac. vide etiā Ray. & Bal. & Ful. in d. l. sub pretextu.

d ALEX. ¶ An videatur. Quid si remittit tutori omne id, in quo ratione doli esset condemnatus. dic q̄ non valet secundum Sali. in l. actione. C. de transac. & vide quod ibi not. Bal. in l. fi. & plenꝰ Sal. in l. cum necessitatem. de fideicom. & ibi vide Bal. in materia.

e ALEX. ¶ Inter viuos. Idem tenet Ang. in cons. clx. versic. vide plenius in consil. clxix.

f And. Bar. ¶ Quinto quero. Et vide Jo. de Imo. in c. conquerente. de offic. ord. vbi allegat istud dictum Bart.

g ALEX. ¶ Ad illud expressum. In contrarium est l. doli clausula. de verbor. oblig. cum ibi nota.

h ALEX. ¶ Debes aduertere. Nota q̄ clausula gñalis refertur ad preterita. & ad omnia, adde bar. in l. si de certa. C. de trāsac. & in l. emptor. §. Lucius. hic alle. & quod ipse no. in l. de. pupillo. §. si plurib⁹. de oper. nouī nūc. & bal. not. in l. sub pretextu. la. v. de trā sac. per bar. in l. pactum. in xiij. q. cum seq. C. de col. in vlt. col.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Refertur ad omnes causas. Plures modos ad faciendum q̄ tutor aut alius administrator plenissime liberetur ab administratione, vide per Lepol. cautel. ccxxj. inci. tutores semper desiderant.

i ALEX. ¶ Est donare. Ad hoc facit quod not. Bar. in d. l. sub pretextu. la. ij. in prin. C. de transac. & ibi scripsi post Fulg.

k ALEX. ¶ Referretur ad omnia. Et an generalis renunciatio trahatur ad feuda, vide Bal. in auth. in successione de suis & leg.

l ALEX. ¶ Videtur apposita. Sed circa hoc cogita propter ea que dixit bar. in l. si pluribus. j. de sol. & in l. si acceptolatū. per illum tex. j. de accep. & ad materiam, vide Jaco. de Aret. in cons. suo incip. habebam debitorem in decem ex causa mutui, & in viginti ex alia, quem refert Bar. in l. si de certa. C. de trāsact. Jo. Fr. Ru. ¶ Adde omnino Ang. de Aret. in §. j. Jnsti. quibus modis toll. obliga. & Rapha. cuma. in cons. xxiij. vbi tenet cōtra bar. hic, vide etiam Barto. Sozi. in consil. clxx. incip. in presenti consultatione.

* CLAV. DE SEISS. ¶ De dona. caus. mort. Non tamen potest opponi exceptio nō numerate pecunie, ex quo facta est acceptilatio, sta loquitur Bart. in l. si ex pluribus §. de sol. & illud est qꝺ hic dicit, adiectio nihil operatur.

m ALEX. ¶ Sexto quero. Facit l. ij. in prin. & §. si quis cau. idem in aliis connexis, secundum gl. in c. accusatus. in vers. iudicari. de her. in vi. quā allegat Paul. de Cast. in d. l. si de certa. & ibi vide Bal. illā gl. etiā alleg. Ang. in l. qui Rome. §. duo fratres. de verb. obli.

LEX XXII.

Qd quod. Legatum liberationis, vel nominis extinguitur solutione, vel aliis liberatione viuo testatore contingente: secus si ex mortuo facto heredis contingat, hoc dicit. Legem hanc habes declaratam. §. eo. l. non solum autem. §. fin.

LEX XXIII.

Quod mihi. Istam legem declara vt plene dixi in .iij. §.nunc de effectu.supra eod.

LEX XXIIII.

Procurator. Videtur contra hanc legem l. cum ita.supra eo.& id quod dixi §.eo.l.Aurelio.§.Caius. Item est contra l.si quis rationes.in fi.§.eo.Solu.hic primo vetuit rationes exigere, postea dixit,eoq; nomine.&c.& sic grauamen deliberãdo procuratorem. fuit limitatum eo nomine,hoc est eatenus, quatenus vires precederis legati excederunt:secus si simpliciter iussisset heredem liberare,vt legibus contrarijs.

LEX XXV.

2 Liberatio legata debitori heredis restringitur ad debitum tempore apertarum tabularum.

2 Heres post aperturam testamenti presumitur habere scientiam contentorum in testamento.

3 Heres voluntarius,& non necessarius.post aditam hereditatem presumitur habere notitiam testamenti.

4 Heres potest probabiliter ignorare legata in codicillis.

a Cumheres. a Si legatur liberatio debitori heredis,restringitur ad debitum tempore apertarum tabularum.h.dicit.Opp.§. eo.l.si id quod.Solu.hic quando legatur liberatio debitori heredis:ibi quando testatoris.Ratio est,q; quando legatur debitori testatoris, non potest solui heredi, nisi dicat se heredem.Sed quando legatur debitori heredis potest sibi solui, non vt heredi:& ideo distinguatis vt hic videbitis. Quero quid si soluit ante apertas tabulas & sic antehereditatẽ aditam, & heres hoc sciebat.Bl.dicit,q̃tũc repeteret,q; tunc dolo proximum est.

b Sed ideo b hic dicit, propter apertas tabulas,†quia tunc presumitur scire que in testamento continentur.quod nota bene. Itẽ videtur, q̃ hec lex non procedat, nec habetur distinctio scientie, vel ignorantie,vt Instit.de leg.§.si vero heredis.& §.de le,§.l.cetera.§.fi.Solu.glos.q̃ illud verum post aditam hereditatem:hic vero ante aditam hereditatem. Et sic not,†q̃ post aditam hereditatem heres presumitur scire que in testamento continentur. Concord.gloss.l.quidam.§.si quis filium.in glos.mag.infra, ad Treb. quod dictum limita, quia hoc verum in heredibus voluntarijs, qui non possunt esse heredes, nisi vires testamenti cognoscant, l. sed & si de sua.de acquiren.hered. secus in heredibus necessarijs, qui ignorare presumuntur, l. eius qui in prouincia. in fine.si certum petat.facit infra.de acquir.re.do.l.quesitum.& l. si seruus testamento.j.de stipul.ser. Item†Secus in his que sunt relicta in codicillis,quia illa potest heres probabiliter ignorare.probatur in l.iij.§.j.& l.non est ferendus.ã.de trãs.plene dixi in dic.l.cetera.

ADDITIONES.

a AND.BAR. Cum heres.Et vide Bal.in authen.res que.C. com.de leg.vbi not.alleg.istam legem,

b AND.BAR. Sed ideo.Et vide bar.in l.eius qui,ã.si cer.pet.

ALEX. Soluit glos.De hac materia per eum latius in dic.§. duo fratres.

LEX XXVI.

1 Differentia,in legato quando relinquuntur centum que debes si non debes, non valet legatum: & quando lego centum que tibi debeo,quia legatum valet,etiam si non debeo.

2 Legatum factum Titio de centum,que mihi debes,non valet. Testator si mandat satisfieri omnibus qui aliquid ab eo recipere debent,intelligitur de debitis ciuiliter & naturaliter, & sic habenti instrumentum qui exceptione potest elidi,non satisfiat.

Legaui Defectus debiti demonstrati impedit substantiam legati relicti a creditore debitori: sed non impedit substantiam legati relicti a debitore creditori,si certa quantitas exprimatur.h.d. Primo,ponuntur due questiones. Secundo, ponitur responsio ad primam.Tertio,ad secundam.Secunda ibi, respondi.Tertia ibi,contra autem.Dicitur hic,siue heres vetetur exigere, siue ipse beatur liberare,nihil interest.Contra.ã.eod.l.si quis rationes.cõiuncto principio.cum si. Solu. Hic loquitur quando relinquitur certa quantitas pecunie:secus quando relinquitur liberatio generalis,quia tunc est differentia,vt dixi in l.Aurelio.§.Caius.ã. eodem. Quero†differentiam inter primum casum & secundum. Respon.in primo casu quando relinquuntur tibi cẽtum,que debes,si non debes,deficit substantia relicti, quoniam liberatio est relicta, que non potest prestari, debito non subsistente,ergo, &c. Sed secundo casu,quãdo dico,relinquo tibi centum,que tibi debeo,relinquitur certa quantitas,& ideo licet nihil debeam, debetur legatum,nec falsa demonstratio ipsum vitiat. Hec differentia ponitur in l.si fic.§.j.ã. de leg.j. Quero, lego Titio centum

2 †que mihi debes:si nihil debes,an valeat legatum? Respon.quia deficit substantia relicti. Nam videor legare nomen, ipsam quãtitatẽ:sed istud nomẽ,seu actio, nõ reperitur.ergo

a vt probatur in l.si fic.§.j.ã.de leg.j. Ultimo nor.a ponit,q̃ si

3 mento dicitur,volo q̃ satisfiat omnibus, qui aliquid a me recipere debent:modo vnus venit cum instrumento debiti,tamen instrumentum poterat elidi per exceptionem.quia forte tempus erat decennium, secundum formam statuti huius ciuitatis, an iste admitteretur ad petitionem? Et dico q̃ non, per bar. ibi,nullam vtilitatem,&c. Preterea quando testator dicit omnibus creditoribus,qui aliquid a me recipere debent, ge ciuiliter & naturaliter sine exceptionis obstaculo.&c. fin.§.de solu.In contrarium facit l.quibus diebus.§. de condi.& demonst.vbi intelligitur de naturali tantum. Sed respondeꝰ,q̃ sic ibi de necessitate debet intelligi ex qua persone legatarij.

ADDITIO.

a ALEX. Ultimo no.Volo q̃ satisfiat omnibus creditoribus qui debent a me recipere, vtrum intelligatur de creditoribus ciuiliter,vel naturaliter tantum.vide Bald.tenentem contra in l. si inutiliter.C.de fideicom.& vide Bald.in l.id quod ribus.de epis.& cle.& quod no.in l.j.§.hec verba in fin. Bart.ne vis fiat ei.Et facit ad not.per Bartol.in l.j. quod ibi dixi.& quod notat bar. in extra.ad repimẽdemum.& vide Bal.& Imo.post Bart.in l.quibus diebus minus.de condi.& demon. Item vtrum tali casu debebita,de quibus testator fuerat iniuste absolutus.vide Bal. l.id quod.& quod in c.quia plerigz de immu.eccl.& vide in c.fi.de presc.vbi alle Bal. in disputatione incip.fatur tur q̃ feneratores,&c.& vide quod not.Bal.in l.si creditores & vide bal.& Imo.in l.si fideiussor. in prin.de leg.3.effectus gnus, vtibi habetur. Adde Paul.de Cast.consil.cepin.

LEX XXVII.

Tutor. Si legatario potest relinqui liberatio debidibus, qui agnito legato repellitur exceptione, nisi beneficio etatis iuuetur.hoc dicit.

LEX XXVIII.

Videamus. Aliquando dicitur quis legarius propter rem.h.d. ista lex. Banc legem habuitus Bal. quis reum.§.idem Julianus.

LEX XXIX.

Aurelius. Effectus liberationis relinquilis non extenditur ad tempus dicit vel sic: Effectus liberationis non augetur creditum ab herede contractum.hoc dicit.

§.Testamento. Legatum liberationis tempore testamenti,

nec ad post contractum extenditur.h.d.& est bonum.

§.Titius Seio. Casus hu§.& adquis tis §.in aliquo non virgo.

vnde summa vt ibi.(Dices, nonne hic dicitur,mihi debet, est tempus preteriti imperfecti, & sic comprehendit futurum bit Quintus.§.j.ã.titul.j.Solu.illud in preteritis perficiatis iunctiui.vel optatiui.Sed hic est indicatiui.)

§.Titius testamento. Generalis tio patet relatinet liberationem reliquorum,secus in extraneo.hoc dicit clara vt dixi in l.Aurelio.§.Caius.ã.eod.

* **§.Meuia.** In generali liberatione* non videntur sa ea,que possunt vendicari.h.d.Plot. est hic,ad id quod dixi in l. non solum.§.finali, supra eod. Jurisconsultus in l.& vno.§.j. de accepti. quando dat generalis liberationis, inter cetera, facit mentionem de a

a in rem.quod not.gl.a Oppon.de l.sub pretextu.C.de trans lu.patet ex predictis.

ADDITIONES.

* CLAV. DE SEISS. Liberatione. Ad istud videtur quod dicunt Bar. Alber.& Pau.de La.in l.tres fratres.& ad limitationem l.late pactum in prin.eo.t.& quod dicit post Ant.in c.ij.de resti.spoliat.ex cuius dictis potest hoc Roma.consi.cc.circa med.

a ALEX. Quod not.gl.Et vide qs dixi post Bar.in l. petat.in vlt.col.& Bar. in l.pa etũ.in vi.alias.xij.q.C.de col. tert.cum gl.est fin.secundum Bal.in l.cũ necessitatem.C.de

* CLAV. DE SEISS. Et vide per hunc ter,quod dicit in l.sub pretextu.ij.C. de trãsac.& idem est econtra, si vero tuncunque generalia respiciunt ius reale. nunquam tra ad actiones personales,seu obligationes,secundum Alex. rij.volum.ij.

☞ Verba restrictiua adiecta legato facto codicillis, restringũt legatum factum in testamento, cum ipso legato facto in codicillis tacite repetitum sit.

§. Testamento. †Verba restrictiua adiecta legato in codicillis facto, restringunt legatum factum in testamento, cum ipso legato codicillorum tacite repetitum sit. h. d. Bl. signat contrarium. ff. de reb. dub. l. quoties. Sol. hic nullum erat verbum ambiguũ. Cum enim primum legatum sit repetitum tacite per verbum, hoc amplius, verba restrictiua restringunt hoc legatũ, & primum tacite repetitũ, vt hic.

☞ Testator remittendo sortem videtur remittere vsuras post testamentum contractas.

§. Legatum. Legatum liberationis, extenditur ad debitum accessorium post testamẽtum contractum, hoc dicit. Not, †q testator remittendo sortem videtur remittere vsuras post testamentum cõtractas: concordat l. non solum. in princip. supra cod. l. fi. §. fi. ff. eod.

☞ Legatum restringitur per rationem, & responsio denotat qualiter quis interrogationem intellexit.

Positio fuit dubia, ex responsione colligitur qualiter reus intellexit.

Conclusio libelli denotat qualiter precedentia intelligantur.

Petens aliquem condemnari de furto, & narrat quod amouit, intelligitur dolose.

§. Sticho. [a] Legatum restringitur per rationem. Item per responsionem apparet qualiter quis interrogationem intellexit. h. d. Concordat l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. ij. & epistolam. in princ. ad Treb. (retigi in l. iij. de alimen. leg. ff. vide glo. hic, que incipit, hec ratio apposita, ibi, & licet. Solabi nõ est aliqua ratio, per quã precedentia vel sequentia restringãtur: hic sic.) Itẽ no. †q dixi q ex responsione apparet [b] qualiter quis interrogationem intellexit. Primo facit ad positionẽ, quia est dubia, intelligitur ex responsione qualiter reus intelligit: Item facit, †q ex conclusione libelli [c] apparet qualiter precedentia intelligãtur: & sic si m conclusione peto aliquem †condemnari de furto, & in narratione dixi, q amouit, debet intelligi scilicet. dolose, ex eo q petũt eum furti condemnari. de quo per Lyn. in l. nec exemplum. C. de falsis.

ADDITIONES.

a POMA. ☜ Sticho. Bene facit quod vult Bald. & Imo. in l. viro. & ibi Alex. Iolus. nat. que ponit Jaso. in §. omnium. Insti. de act. Fel. in cap. licet causam. de proba. & vide que posuit ad bar. in l. certi condictio. in fi. prin. ff. si cer. pet. vide Roma. consi. cx. ad finem.

b ALEX. ☜ Ex responsione apparet. Per responsionem positionum, &c. vide Bar. in l. si quis intentione §. de iudi.

c ALEX. ☜ Conclusione libelli. Et no. q attenditur conclusio libelli. Et dicit Bal. in l. fi. C. de comp. q sustinetur libellus loquẽdo grossomodo, quia debet attendi effectus libelli secundum bal. in authen. dos data. C. de dona. ante nup. Item potest sustineri, quia lex supplet quod deest libello, secũdum Bar. in l. vbi adhuc. C. de iure do. Item quilibet libellus sustinetur si verba sunt talia q possint interpretari ex sententia, & reduci ad vias istas. Ita colligitur ex dictis Inn. in cap. conquerente. de offic. ordin. & ibi per Imo. & expresse per domi. Anto. in cap. constitutus. de reli. do, & adde que no. Jnno. in c. examinata. de iudi. & quod not. Bar. in l. si olei. C. loc. in aliis actibus, vide Bartol. & quod ibi dixi in l. j. §. quibus. q cuiusque vni. nomi. Et ad dictum Bart. adde dictum Imo. in cap. super literis. de rescrip. quod retuli in l. si dubitetur §. j. de fideiuss. & refert etiam illud Bald. in l. edita. de eden. vbi alleg. Bald. hic, & in l. ij. in fin. C. de peti. hered. & quod no. Bart. in l. j. ad tim. ff. de eden. & Bal. in l. domũ. in j. col. C. de rei vend. Et q conclusio attendatur tantum est ter. in l. non debet. in fi. & ibi pulchre declarat Bal. & non tantum in actione, sed etiam in exceptione, secundum Bald. §. de do. & ibi Bartol. & non tantum in actore, sed etiam in extraneo, secundum Bal. in l. cum vitra. C. de non nu. pec. Ad quorum tamen intellectum, vide Bald. in l. consentaneum. quomodo & quando iudex. & adde Bal. in l. prescriptione, C. si contra ius vel vtil. publi. & in l. ij. in fi. C. de peti. hered. ☜ Et adde q tota vis in conclusione consistit, vt probat text. in l. non debet. ff. de do. & dicit Eller. and. in consil. lvij. col. j. in v. vol. & per Bartol. in consil. j. j. vol. Maria. Soci. in cap. dilecti. arti. xxxiij. de libel. obl. Et adde q etiam in rescriptis conclusio attenditur, vt per Jnno. & alios in c. super literis. de rescrip. & ponit Alex. in consil. lxxv. in v. volum.

1 ☞ Cui liberatio ad tempus relinquitur, potest petere vt interim heredi silentium imponatur.

2 Exceptione tutus aliqua potest officium iudicis implorare, vt aduersario silentium imponatur.

a **§. Centum.** [a] Cui relinquitur liberatio ad tempus
1 potest petere, vt interim heredi silentium imponatur. hoc dicit, & no. ter. cum intellectu gl. Contra hanc le-
2 gem videtur casus in l. non solum. §. porcit. §. eo. Sol. glos. q non
potest petere vt liberetur vt in contrario: sed potest petere vt in-
b tra illud tempus heredi silentium imponatur, [b] ne petat, vt hic
concordat text. & glos. in l. si contendat. j. de fideiu. Item oppon.
de leg. iij. §. contrarium ẽ. de contra. & vti. act. tut. Solu. contraria
actio non competit, vt ibi, sed officio iudicis competere potest, vt
hic. Quero que fuit ratio dubitandi? Gloss. ponit, sed dic q non
est dona dubitatio. l. si seruus. §. qui Margaritã. & l. si pecuniam.
§. de lega. j. vbi a debitore potest fideicommissum relinqui.

ADDITIONES.

a ☜ Centum. Hunc ter. allegat Bald. in l. cum Papinianus. C. de
senten. & talis sententia est diffinitiua secundum Bald. in l. praeses. C. de sen.

b ☜ Silentium imponatur. Adde Bartol. in l. si pater. C. qui bo.
ced. poss. & in l. ciuitas. in vltima col. si cert. peta. Sed officium videtur bene posse intentari, contrarium sentit Bartol. in l. si finita. §. deganter. & ibi dixi, de dam. infect. adde Abb. & ibi dom. Mar. Soci. in c. cum sit generale. in glos. j. de foro compet.
IO. FR. R. V. ☜ De ista contrarietate vide in dic. §. deganter.

§. Filius. Legatum, ne rationes exigantur, importat quantum testatorem voluisse probabitur, hoc dicit. (Querit gl. quid in dubio si nihil probabitur. resp glo. stabo ei quod dicitur in l. Aurelio. §. Caius. ẽ. eod. Sed contra vtrum §. & contra intellectum glos. facit text. hic, ibi, cum liberetis, cum verba liberationis referuntur ad heredem: ergo venit liberatio reliquorum, l. si quis rationes. ẽ. eod. sed respondeo, hic dicitur in tex. eoque nomine, quasi dicat, quatenus vires legati important. Simile dixi ẽ. eod. in l. procuratori.)

§. Eum qui. Non valet legatum factum creditori ad eius vtilitatem, sed ad vtilitatem tertij debitoris valet. hoc dicit.

1 ☞ Instrumento producto, quando quis possit partem accepta-
re, & partem non.

2 Confitentis se fecisse homicidium ad sui defensionem non statur confessioni, inquantum dicit se fecisse ad sui defensionem.

3 Capitulum vnum, vel diuersa, qualiter intelligantur, & qualiter capitula diuersa, vel connexa.

§. Idem quesit, si tutor. Potest quis vni scripture pro parte stare, pro parte non, probando contrarium. h. e. Op. & videtur q non possim vnam scripturam pro parte approbare, & pro parte improbare. l. in causa. §. de procu. Bl. non soluit. Quãtum ad propositum dic, q circa eandem rem reprobatur varia-
a tio, [a] vt ibi in diuersis & separatis admittitur. ita loquitur hic. Ita soluit Dy. Nec solu. non est vera, quia hic erat vnum debitum, & vna administratio glos. facit ter. hic, ibi, cum liberetis, cum verba liberationis referuntur ad heredem: ergo venit liberatio reliquorum, l. si quis rationes. ẽ. eod. sed respondeo, hic dicitur in tex. eoque nomine, quasi dicat, quatenus vires legati important. Simile dixi ẽ. eod. in l. procuratori.

1 in l. de rebus. ẽ. rer. anno. ☜ †Quero producto [b] vno instrumento
b vtrum quis possit pro parte ei stare, & pro parte non? [c] Text. videtur in l. Publia. in fi. ẽ. depo. & Lyn. in l. j. C. de confes. & l. ij. C. de do. ante nup. & dicit, aut est vnum negotium, aut plura, nihil con-
d cludendo. Quare dic latius, [d] * aut eadem scriptura continet plu
* ra capitula, & separata, & possum pro parte approbare, & pro parte non, l. Publia. in fin. ẽ. depos. Aut continet vnum capitulum tantum seu plura connexa: & hic aduerte, quia aut ille, qui vnum capitulum reprobat, habet contra se presumptionem iuris: aut habet pro se iam ius non presumit nec pro, nec contra. Primo ca-
2 su non admittitur talis reprobatio, vnde si confitearis te occi-
e disse hominem pro tui defensione, possum stare confessioni [e] inquãtum dicis te occidisse, sed non cogor stare inquãtum dicis ad tui
* defensionem, quia ius presumit * contra te, l. j. C. de fica. & l. si non
* conuitij, * j. de iniur. Secundo & tertio casu, faut ille qui particu-
f lam reprobat, vult hoc probare, & admittitur, hic est casus in §. nostro. Aut non vult probare, & non admittitur, l. etiam. §. j. supra de minо. Ista materia habet locũ, quando approbatio vel reprobatio mea nihil disponit, nisi circa declarationem eius quod est, quia confiteor verum esse pro parte, pro parte non. Sed quãdo mea approbatio, vel reprobatio, aliquid disponeret: vt quia ratihabitione negotiũ efficeretur meũ, vel si agnoscerem legatũ pro parte, pro parte non vel si peterem restitutionem pro pte, pro parte nõ, nõ est nostra materia hic, sed l. etiã. §. j. de mi. & Lyn.

in l. de rebus. supra rerum amo. z in c. mutare consilium. de re. iu.
3 libro vj. ¶ Quero, qualiter intelligatur vnum capitulum, vel diuersa: z qualiter intelligantur diuersa capitula cõnexa, vel non.
g Respon. intelligo[g] vnum capitulum, hoc est vnum factum cum qualitatibus suis, seu plura connexa. Exemplum. dico q promisi tibi decem sub conditione: hoc est vnum capitulum, hoc est, vna confessio sic qualificata. Item si promitto tibi centum pacto incontinenti apposito, quod vadas pro me Romã. Ista sunt plura capitula connexa: sed diuersa capitula sunt plura diuersis temporibus facta, vt probat gl. in l. si quidem. C. de exce. Item si incontinenti sunt plura facta, quorum vnum non venit ad alterius determinationem, sed quodlibet est per se, tunc sunt diuersa capitula. l. etiam. ff. j. ff. de minor. z l. scire debemus infra, de verborum obligatio.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Reprobatur variatio. Vide Bar. in l. Publia. in fi. ff. depo. z Bal. in l. ij. C. de dona. ante nu. z ad not. per Bar. hic, vide aliquid per Ro. in consi. incip. omnipotẽtis Dei, ꝛc. in hac causa Basili. apostolice omisso ordine posito per iudicem inquisitionis, ꝛc. in princ. vbi vide. z vide eundem in consil. incipi. omnipotentis Dei, ꝛc. in presenti difficultate videtur prima facie dicendum q per quo, ꝛc. z istud circa fin. suorum consiliorum.

b AND. BAR. ¶ Quero, producto. Et vide Bal. in l. ij. C. de do. ante nu. l. j. C. de confes. z l. si quidem. C. de transac.

c ALEX. ¶ Pro parte non. Et vide quod notat Bal. in l. post legatum. z quod ibi dixi, de his quibus vt indi. in libro rationum. vide Bald. in l. ij. C. de confes. Et de confessione partis, not. Bal. in l. si quidem. C. de excep. vide que not. Bartol. in l. quedam. ff. fi. ff. de eden. z per dom. Anto. z Car. z ibi late per Jmo. in cap. bone. el. ij. de postu. prela. z quod not. Bald. in rub. C. de fide instru. z vide Bald. in l. h. ff. de do. ante nu. z in l. j. C. vt que desunt aduo. z in l. j. ff. editiones. ff. de edendo. Adde Bal. consil. lxxvj. z clxxxj. z lxxviij. l. b. ij.

b ALEX ¶ Dic latius. Et vide do. Anto. in cap. ex parte decani de reser. p. per doc. in cap. cum venissent. de instit. z in cap. cum venerabilis. de except. z cum Bald. in d. l. j. de eden. formaliter transit Per. de anchar. in Clemen. j. ff. j. de vsuris

* CLAV. DE SEISS. ¶ Latius. Vide Ro. consi. cccxlvj. in j. dub. vbi idem tenet z consi. cccliij. ad fi. vbi per hanc doctrinam decidit vnam quest. mirabiliter.

c ALEX. ¶ Stare confessioni. Vide bal. in l. si filius. ff. in exceptionibus. z quod ibi in apostilla ponit. de inter. actio. adde Bal. in l. j. C. de confes. z in l. si idem. C. de condic. vbi distinguit an fit vna oratio, vel diuersa. z Bald. in l. decem. de verbo. obli. sed Jmo. ibi tenet opin. Bart. z Bart. hic, sequitur Abb. Sic. in cap. cum venissent. de instit. per illum text. vbi dicit q licet confessio emanet cum certa qualitate, super qua cadit aliqua stricta presumptio, potest acceptari confessio sine qualitate. z adde not in cap. j. de cõfes. in vj. z per not. per eun. Abb. z alios in cap. bone. de postu. prela. z Bal. in l. si quidem. C. de excep. z Bal. in l. h. C. de do. ante nu. quid in cõfessione facta in libello, an possit pro parte acceptari per reum. vide Bald. in l. cum precum. C. de libera. causa.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Quia ius presumit. Idẽ tenet Bar. in l. eum qui. ff. de iureiran. pro quo facit tex. sing. z quod ibi no. Panor. in c. dilecti. de accu. idem Panor. in c. j. per illum tex. col. j. de postul. prelat. z in c. bone. vbi latius dicit, eo. ti. Vide Are. in l. decem. post Bal. z Jmo. j. de ver. obli. scripsi post Bar. in d. l. eius qui. Pred cta etiam habent locum in dictis testium, que non possunt pro parte acceptari: vt dicit nota. Bal. in l. nulla. ff. de legib. refert Aler. consi. lxx. vol. j.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Si non consuescit. Quamuis ista cõfessio preiudicet non probata qualitate, nunquam tamẽ ex ea potest confitenti imponi pena corporalis. vt singulariter dicit Panor. in c. auditis. de reseri. refert. licet non aliter firmet. z dicit notandum, Aler. in l. non solum. ff. sciendum. circa medium. j. de no. ope. nuntiat. Jas. in l. vt vim. ff. de iust. z iur. facit quod in simili no. Aler. in l. j. ff. si cer. pet. z consi. cxxvij. in fi. vol. iij. vide etiã Bar. consi. cxx. sequitur Ang. in tract. malefic. in ver. comparuerunt dicti inquisiti. vide etiam rationem huius ff. per Bal. in l. pe. C. de iur. deliber. vbi etiam dicit quod hic ff. non procedit de iure canonico.

f POMA. ¶ Secundo z tertio casu. Bene facit quod vult bart. in l. contra iuris ciuilis regulas. ff. de pact. z in l. Caius. ff. de ma. z in l. Põponius. ff. de ac. pos. z in l. cum fundus. in fi. vers. sed adij cere. z in l. ij. ff. si certum pet. z ibi per doc. vide Pau. consil. iij. in iij. dub. in fi. volum.

g ALEX. ¶ Respon. intelligo. Vide Jnn. in cap. fraternitatis. de here. z Bal. in l. ij. de re iud. z in l. ampliorum. C. de appellatio. Item quomodo intelligatur vnum capitulum. Vide Bartol. in l. j. ff. filius. in princip. de lib. z posthu.

1 ¶ Legatum si fit creditori de debito, non valet, z variatio admittitur in diuersis instantijs.

2 Testator si in testamento iurat se centum ab vxore recepisse tuo, debitum non probatur.

a ff. Quidam. [a] Si debitum legatur creditori, non valet legatum, z in diuersis instantijs admittitur variatio. hoc dicit, materiam huius ff. ponit Ey. in l. de fur. Opp. C. de codicil. l. fin. Sol. Ibi erat sibi contraria la contrarietas ex eadem scriptura pendebat: hic vero ex diuersis scripturis, z ex diuersis dispositionibus. Sed quid si testator iuraret in testamento se ab vxore tantum recepisse detur q probetur debitum. l. cum quis. ff. codicillis. ff. sed istud esset verum alias indistincte, preter quã in vxore hic loquitur. Nam in vxore non statur iuramento viri vxori si pro hoc vxor habet aliquid plusquam aliquis

b primi matrimonij. l. hac edicrali. de secund. nupti.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Quidam. Et hunc tex. alle. not. Bald. in l. ri. de leg. j. z ibi dicit Jmo. istum tex. fin. vide per Bald. in l. fal. causa adie. lega. z ibi etiam ponit quid in casu huius Bar. in l. cum quis. ff. Titia. de leg. iij. vbi omnino vide.

b ALEX. ¶ De secun. nu. Et not. ex isto tex. q licet actomento dicatur habere instar bonefidei. l. in minorum. cau. in inte. restri. non est necessamen si aliquid debetur ctione stricti iuris, z sibi illud relinquo per actionem tamen istud interesse non consideratur, vt hic quod no. ff. si rem. de leg. iij. cum ibi nota.

LEX XXV.

1 ¶ Jus accrescendi habet locum inter duos reos, quibus ratio est relicta.
Socius non capax, capit per socium capacem.

2 Obligationes duorum reorum aliquo respectu dicuntur

3 Confessio quando fit vni ex duobus reis, non in solidum.

4 Liberatio si vitiatur in persona eius cui relinquitur, non in persona alicuius: secus si vitiaretur in persona eius, qui accrescendo liberatur.

5 Liberatio si vitiatur ex post facto per in integrum restitutionem, vitiatur etiam quo ad correum. qui liberatus est per quamdam consequentiam, nisi dolus creditoris interesset.

6 Consilium relinquendi filio spurio, vt scilicet contrahat societatem cum aliquo, z subinde pater instituat socium.

1 Si iisqui duos reos. Interdum est relicta liberatio, est loc' iuri accrescẽdi. Debitor nõ capax, capit p socij capacẽ. h. o. nominis ff. obligationes duorum reorum sunt separate, z tot. tit. in fi. de duo. reis. z l. si reus. j. de fideiuss. ergo per minus diuerse liberationes. l. de pupillo. ff. si in pluribus. non nun. Sed quando pluribus legantur res pentinentes, eos non est locus iuri accrescendi. l. huiusmodi. ff. pecu. l. j. in prin. ff. de vsufru. accre. Solu. Vic non sunt res pen

2 uerse, qz obligationes duorum reorum aliquo respectu tur vna. l. iij. in fin. j. de duo. reis. Item dicitur hic, q actio. Contra, q non debet cedi, quasi non sit locus iuri di, l. si Titio, z ei. ff. de leg. ij. Bl. soluit, z non bene. Tu ff. loquitur quando correus omnino erat incapax. sed loquitur quando capiebat, sed ei auferebatur tanquam gno. z debet applicari fisco: merito tũc non est locus iuri

3 ci, cum fiscus ad illam portionem vocetur. ¶ Quero, an fiat, insolidũ? Bl. hic dicit q non. vt not. ff. l. Modestinus. Dic vt ibi. z tangitur in l. in lege Falcidia. hoc esse seruandum.

a le. Falcid. Item hic dicitur in fi. socium capacẽ, ac econuerso, si soli non capaci est relicta liberatio. Respon non valebit in persona eius, nec alterius. l. si spetus. ff.

4 inter virum z vxor. Si ergo liberatio vitiatur in persona cui principaliter relinquitur, non valet in persona alicuius cus si vitiatur in persona eius, qui accrescendo liberatur. l. sus. ff. j. z hic. ¶ Quero, quid si liberatio non vitiatur ab sed ex post facto, vt per in integrum restitutionem, vel alio simili, vtrum vitietur tunc liberatio. quam cõsecutus est per quandam consequentiam? Respondeo sic. l. si in fraudem credi. z l. si pro vno. ff. ad Velleianum. Predicta si liberatio esset facta dolo creditoris, l. si Titius. ff.

5 Ultimo Dy. tper hanc legem dat vnam consilium.

6 b bet filium[b] spurium, cui nihil relinquere potest, vtrum sit remedium, vt possit ei relinquere bona sua? Dicit ipse hanc legem, videlicet, quod faciat spurium cõtrahere cum aliquo: deinde instituat socium heredem, et transfert de fraude per aliquas coniecturas, puto verum.

ri. in l. post contractum. ff. de bona. tunc enim filio auferetur, per Lj. C. de natu. libe.

ADDITIONES.

ALEX. Quero quid. Et facit ista lex ad no. q. de qua per Joan. And. in regula cui licet. de reg. iur. in vj.

Quidam habet filium. Cautela pro spurijs, & vide Bart. in l. fin. de his quib. vt indi. & hoc sequitur Bal. in Lj. in xiij. questio. C. pro soc.

LEX XXXI.

Principale si non valet, nec accessorium. Legatum si non valet propter rem principalem, non valet propter sumptus litis. Emptor qui vicit in causa sibi mota, potest repetere expensas litis a venditore.

Petitor. [a]Si non valet principale, nec accessorium. h. d. Vel aliter, si legatum non valet propter rem principalem, non valet propter sumptus litis. h. d. Et facit ad questionem glan. l. j. C. de evic. An si emptor vicit in causa evictionis, possit repetere sumptus litis a venditore. Et lex ista facit, q non. Contrarium determinaui in l. venditores. ff. de verb. obli. per l. si plus vel minus. §. mota. ff. de evi. Ad hanc legem respondeo, hic non valet legatum propter principale ergo nec propter sumptus litis. qui veniunt iure accessionis. Sed in questione proposita non solum tenetur venditor de evictione re evicta, sed etiam tenetur defendere, per dictam l. si plus. quod tene menti.

ADDITIO.

ALEX. Petitor. Istum text. not. ponderat Bal. in l. iij. C. de fruc. & lit. expen. in versic. sed pone.

LEX XXXII.

Creditor. [a]Legatum liberationis non extenditur ad debitum post testamentum testatori solutum, sed ad debitum primo solutum extenditur, si per verbum preteriti temporis legatum fuit. & testator hoc ignorauit. h. d. Not. istud principium ad limitationem l. si sic. §. j. ff. de leg. j. & l. legaui. ff. eod. Nam si testator sciebat eum teneri, videtur ei relinquere liberationem: si sciebat ipsum non teneri, & legauit per verba preteriti temporis, videtur relinquere ipsam pecuniam, vt hic.

ADDITIO.

ALEX. Creditor. Hãc legem alle. Bald. in l. iij. in fi. C. de lega.

Herens negotia alterius tenetur reddere librum rationum.

§. Inter cetera. Legatum liberationis nõ facit quem desinere teneri ad reddendos libros rationum: secus in his, que in rem domini versa sunt.

Nota. q. qui gerit negotia alterius, tenetur reddere librum rationum, vt hic, & l. cum seruus. ff. de condi. & demonst.

Vendicari q põt, non venit in generali legato liberationis. Relatio fit ad id, quod principaliter in oratione ponitur.

Dictio, cum, & dictio, quãdo sunt posite in actu administrationis, non equiparantur.

Clausula generalis licet referatur ad omnia principaliter posita non tamen refertur ad posita causa demonstrationis.

§. Titia. In generali legato liberationis non venit id, quod potest vendicari. Ité in dubio relatio fit ad id, quod principaliter in oratione ponitur. h. d. Opp. ff. de vsufruc. leg. l. illi cum illo. vbi dictio. cum. & dictio. & apposite inter personas equiparantur. Sol. Hic non cadit copula inter duos, in actu legãdi: sed in actu demonstrationis rei. vel administrationis a qua liberatur. Item oppo. q ista clausula referatur ad omnia, l. alimenta. ff. de ali. & cib. leg. Sol. Refertur [a]ad omnia, que fuerunt principaliter in oratione posita, vt ibi: sed hic non fuit principaliter in oratione posita, sed causa demonstrationis, vt supra dixi.

ADDITIO.

ALEX. Sol. Refertur. Facit ad no. per Bart. in l. Centurio. in iij. quest. princip. in versi. quero circa predicta, dixi q si ista, &c. de vulga. & pupil. & in l. si cui. §. si a filio. de leg. j.

§. Caio. [a]Legatum liberationis porrigitur ad debitũ accessorie post testamentum contractum, & etiã ad nouum debitum, quod primi loco succedit. h. d. Opp. q legatum liberationis extinguitur per solutionem, l. quod mihi. & l. non solum. §. liberatio. ff. eod. sed hic non durat debitum, sed est extinctum per nouationem. Solu. aliud in solutione vera, vt ibi, & aliud in ficta, vt hic. ADDITIO.

ALEX. Caio. De isto tex. habet p bar. in l. si ita. de aur. & ar. le.

TITVLVS IIII.

De adimendis legatis.

Tit. vlo De lega. j. fuit dictum de legatis: sed q legata aliquando adimuntur in totum, aliquando in alium transferuntur, ideo ponit istam rubricã. Et de materia totius tituli, vide Azo. in summa in tit. de adẽptio. lega.

LEX I.

1 Actus. si legatur sine itinere principaliter. nõ valet legatum.
2 Iter, est pars substãtialis ad actum, sicut vsus ad vsumfructum.

Quia actu. Ademptio partis substantialis non valet. h. d. Opp. q actus possit esse sine itinere. q. qz sunt species separate, & differẽtes, l. j. §. iter & §. actus ff. de seruit. rust. prẽdio. Solue vt. in gl. Quero qd si nõ admittit iter, sed actus sine itinere principaliter legetur? Videtur q legatum valet. l. j. §. j. ff. si vsusfructus petatur. In contrarium videtur tex. in l. per seruum. §. j. & ij. ff. de vsu & habita. & hec est veritas, q non valet. Ad Lj. §. j. si vsusfruc. peta. respondeo, q ibi reliquit vsumfructum sine itinere, qz iter non est pars vsusfructus. sed est quedam qualitas: sed iter ad actum est pars substãtialis, sumendo sicut hec lex sumit: sicut vsus ad vsumfructum est pars substantialis, sine quo vsusfructus esse non potest. Item oppo. j. l. proxi. Solu. vt ibi dicam.

LEX II.

1 Preter, dictio, si precedit oratio negatiua, ponit illud, de quo prius erat dispositum.
2 Testator si dicat. fundum preter vsumfructum, neq; do, neq; lego. an videatur relictus vsusfruc.

Fundo. Si precedit oratio negatiua, dictio preter, ponit illud, de quo prius erat dispositum. h. d. Opp ff. l. proxi. vbi vna pars ratium nõ potest adimi. Sol. Ibi sunt tales partes, quarum vna remota remanet alia cum commoditate: sed ibi sunt tales, quarũ vna remota, alia sine cõmoditate remanet: dico in casu legis precedentis si dicerem, actum adimo preter iter, ista ademptio valeret, qz iter per se põt commoditatem afferre. Sed pone, q non precessit legatum fundi, sed testator dixit sic, fundum preter vsumfructum neq; do, neq; lego: an ex hoc videatur legare vsumfructum? Dec lex videtur facere q sic: sed non facit, qz hic precessit legatum fundi, & sic dispositio. Pro hoc facit l. actione. C. de trãsac. quia dictio exceptiua ponitur, quando oratio negatiua precedit. & no. per Dyn. in c. peccatum. de re. iur. lib. vj. facit l. j. in fi. ff. de pign. act. facit l. Seio. §. vroxi. ff. de ann. le. Hic est ff. de leg. j. l. si ita legatum. quod no. (In contrarium facit l. si ita legatum in princi. ff. de leg. j. dicam in dic. §. vroxi. & ideo non insto hic.)

LEX III.

1 Verbum, quod potest se habere ad plura tempora, intelligitur secundum quod prius euenerit, in cõditionibus que possunt semel tantum existere.
2 Conditiones, que possunt existere ante, & post testamentum, semper intelliguntur de futuro.

a **Si quis ita.** [a]In conditionibus que possunt semel tantũ existere, verbũ quod potest se habere ad plura tempora, intelligitur secundũ q prius euenerit. h. d. Opp. q in vltimis voluntatibus semper intelligatur de futuro. [b]v. ff. de condic. & demon. l. si ita legatum. ij. & l. solemnis co. tit. Respo. ff. si sunt cõditiones, que potuerunt existere ante, & possunt existere post, & hic possunt pluries existere: tunc verbum semper intelligitur de futuro, vt in contrario. Sed hic loquitur in conditione, que tantum vna vice existere potest, vt mortis. Probatur hec sol. in l. hec conditio. §. fi. ff. de condi. & demõst. quod tene mẽti. Quero, hic dicitur, si Titius decesserit, quomodo hoc intelligatur: vtrum antequam acciat legatum, vel antequam dies legati cedat. Bto. dicit, q antequam accipiat legatum: quod an sit verum, dicam. ff. proximo §.

b

ADDITIONES.

a ALEX. Si quis. Vide quid per istum tex. consuluit bar. cõs. l.
b ALEX. De futuro. Utrum conditio intelligatur de futuro. faciunt not. in l. ij. ff. de condi. & demonstr.
1 Verbum accipiendi, qualiter verificetur.
2 Verba simpliciter prolata iudicantur perinde, ac si essent ad legatarium directa.
3 Verba hec si non dederit, in fideicommissis intelliguntur, id est, dare non debuerit.
Dominium rei legate recta via transit in legatarium, si natura rei legate non repugnat.
4 Verba executiua relata esse ad heredem vel legatarium qualiter intelligantur.

§. Si quis Titio. Si verba executiua ad legatarium sunt relata, vel simpliciter prolata: non dicuntur existere, nec effectum habere, nisi mora heredis precesserit communis, vel specialis: secus si verba ad heredem sunt directa. h. d. Primo, loquitur quando verba

executiua diriguntur ad legatarium. Secundo, quãdo simpliciter proferuntur. Tertio, quando diriguntur ad heredem. Secunda ibi, idem dicẽdum. Tertia ibi, sed z cũ quis. ¶ †No. q verbũ accipiendi, verificatur siue accipiat, siue per eũ non stet, siue per eum stare non fingat, vt quando mora cõmittitur iure speciali.

2 ¶ Secũdo† not. qñ verba simpliciter proferũtur, iudicatur perinde, ac si essent ad legatariũ directa. Pro hoc ter. z glo. in prin.

3 hui⁹ l. Tertio no. gl. q ista ẽba, si nõ dederit, intelligũtur, id est, dare nõ debuerit. ¶ Op. hic dicit, q regrit q nõ accipiat, vel mora pesserit. Cõtra j. eo. §. in fi. Bla. in verb. accipiat, huius timore dicit, dic plenius. q hic intelligat accipiat. id est, accipere possit. z sic cõcordat cũ fi. Hec sol. nõ est vera. qz cõtra ter. huius §. Quare dic. q ibi executiua verba fuerũt relata ad heredẽ. hic ad legatariũ. Unde factum legatarij requirit vt cõstituat heredẽ in mora, vel cõstituere fingatur: vt accipiat, id est, accepisse fingat. ideo prima expositio verior. Dicitur in ver. idẽ dicendũ. q verba prolata simpliciter, magis ad fideicõmissarium videtur relata, quã ad heredem. Hoc videtur contra gl. in l. precibus. C. de impu. z alijs substi. vbi verbũ. substituo, quod est cõmune, in dubio per fideicommissum intelligitur, vt sic heres det, nõ q accipiat sua mann. Solu. Ibi est ideo, qz omni tẽpore iure directo valere non potest. Uel aliter, hic quo ad aliud accipitur, quã quo ad directã vel fideicõmissariam substitutionẽ. Nam hic cõstat omnino fideicõmissariam esse substitutionẽ. Ad vltimã partem opp. de l. quidam in prin. ad Trebel. vbi videtur nõ sufficere diẽ legati cedere, nisi fiat restitutio, cũ verba ad heredem dirigũtur. Sol. † Ibi loquitur in fideicommisso vniuersali, hic in fi. loquitur in legato particulari. Ratio est, nam ista verba, si nõ dederit, intelliguntur id est, dare non debuerit, sed in legatis particularibus statim cedit dies legati

b z dominiũ legati transit immediate in legatariũ recta via. si natura rei legate non repugnat, merito ista cõditio verificatur statim: sed in fideicõmisso vniuersali nõ transit dominiũ, nisi facta restitutione, quã quis nõ tenetur facere, nisi petatur. Ideo aliter ista verba intelligũtur in vniuersali legato, quã in pticulari. Sed contra hoc opp. §. ver. idẽ dicendũ. Sol. hic in maiore, ibi in mi-

4 nore, secũdũ Jac. de Are. in d. l. quidã ita. Tu † distingue. aut verba executiua referũtur ad legatariũ. z tunc requiritur q heredis mora, vera, vel ficta precedat. vt §. isto. in prin. z versic. idẽ dicendum. Aut referũtur ad heredẽ. z tũc aut in legato particulari, z sufficit diẽ legati cedere, vt in vers. sed z cum quis. Aut in legato vniuersali, z tũc requiritur restitutio, l. quidã ita. ad Treb. Aut dubitatur ad quẽ sunt verba relata, z in dubio ad legatariũ videtur relata vt in versic. idem dicendum. z in gloss. ipsius. in princip.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Intelliguntur. Et hunc ter. in hoc alle. pro no. Rom. in cons. cccxij. incip. circa propositam consultationem inquantum queritur an. ꝛc. in §. dubio.

* CLAV. DE SEISS. Add. de Alex. cons. xiij. vol. j.

b ALEX. ¶ Recta via. Dic melius vt per Barto. in l. cum filio. ad ff. de lega. j. z vide j. eod. in l. si legatum. §. j. plenius per Jmol. de hac materia, in dic. l. quidam.

* **§. Si quis ita.** *Quando ex facto legatarij potest damnificari heres, cogitur legatarius ei cauere de illo non faciendo. hoc dicit. Simile vidistis §. de leg. iij. l. iij. in fi. cum l. seq. z l. fideicommissa. §. interdum. eod. titu. Oppo. ad istum. §. supra de lega. iij. l. fideicommissa. §. si quis decem, z l. j. §. si cui ita, infra, vt le. no. ca. Sol. Ibi damnificatur heres ex facto legatarij, tamen hoc legatario prodest principaliter hic vero secus, vnde non debet cauere ibi: sed hic sic.

ADDITIO.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Si quis ita. Ad intellectũ hui⁹ §. vide q dicit Alex. in l. qui absenti. §. j. j. de acq. pos. z ibi ẽt are. circa fi.

1 ¶ Incertitudo personarum vitiat ademptionem, sicut legatũ.

2 Actio z exceptio regulantur eodem modo.

a **§. Si duobus.** [a]Incertitudo † personarum vitiat

1 ademptionem, sicut vitiat legatum, hoc dicit, pront in litera habetur, vtriq; si vero est neutri, dicit e

cum tex. in d. l. cum antiquioribus. requiret, q̃ sciens decesserit, z sic scientia tempore mortis requiritur, l. in delictis. §. si extraneꝰ. ff. de noxa. z de milita. testa. l. Titius. iste autem infans, licet per tutorem fingatur scire viuente tutore, tamen eo tempore quo tutor decesserit, non potest fingi eum sciuisse, z in veritate ignorabat, q̃ q̃ eius etas videt, ignorat, z sic debet recurri ad beneficiũ restitutionis, de quo ff. dixi. ¶ Quero quid b si erat pupillus maior infante, an sufficiat scientia tutoris tantum, vel pupilli tantum? Videtur q̃ non, q̃ neuter sine altero adire potest, vt C. de iur. delibe. l. potuit, z sic videtur, q̃ requiratur scientia vtriusq;. In contrariũ videtur, quod puto verius, quod scientia pupilli sola sufficiat, q̃ in acquirendis ipse solus sibi sufficit, vt ff. de aut ho. tut. l. obligari. in prin. z Inſti. eo. in prin. sed per istam scientiam acquirit solum si sibi ius deliberandi, vt possit transmittere: in nullo autem sibi prẽiudicat. Item puto, q̃ sola tutoris scientia sufficiat. Nam licet tutor solus non possit adire: tamen tutor solus potest deliberare, z solus potest tempus ad deliberandum petere, vt ff. de iure delibe. l. ait prætor in prin. z sic aliud est ipsum adire, aliud est ius adeundi, aliud est ius deliberandi, z eadem possent dici de scientia c soliꝰ filij. Sed quid de tutore, qui non satisfecit, vel inuentarium non fecit, k an eius scientia sufficiat? Respondeo, q̃ sic, quia hoc ius deliberandi tempore coarctatur, z in eo non potest esse nisi cõmodũ: ergo, zc. l. fi. C. de tu. z cu. qui non satisd. vbi videtur casus. Facit l. tutor qui repertoriũ. ff. de admi. tu. ¶ Quero, heres l primus scit. vnde transmisit ius deliberandi ad heredẽ suũ, heres suus bene sciuit hereditatem huius proximi decedentis sibi delatam, sed de hereditate primi decedẽtis ignorauit, z sic decessit: quero an mꝰ deliberandi transmiserit ad suum heredem? Dico sic. l. Rã ex eo q̃ primus heres decessit sciens, illud ius deliberandi est effectum hereditarium. Quod apparet, q̃ ad heredes transmittitur. l. item videndum. in fi. de peti. here. ergo si est hereditarium, eodem modo quo transmittit hereditas, transmittitur illud ius. De hoc est casus. ff. q̃ me. cau. l. videamus. Preterea annus, qui datur ad deliberandum, est vtilis ab initio, quia a tempore scientie incipit currere, postea est continuus, l. cum antiquioribus. Et hoc apparet q̃ licet deueniat ad ignorantem, adhuc durat ius deliberandi, z sic merito trãsibit ad quẽcunq; trãsibit hereditas. Contra hoc multum obstat, ff. ad l. Falc. l. prætia rerũ. vbi ante aditam hereditatem non dicitur esse aliquid in bonis nostris de illa hereditate. Solu. duobus modis. Vel dicamus, q̃ illa lex loquatur ante l. cum antiquioribus, fm quod tempus, z transmissio iuris deliberandi non erat cognita. Vel aliter dico, q̃ dicitur nõ esse in bõis nostris ante aditam hereditatem, verum est taliter, q̃ estimationẽ recipiat. Ratio, q̃ adhuc possum hereditatem non acquirere, tamen alio respectu dicitur esse in bonis nostris, q̃ ad heredẽ transmittitur.

12 ¶ Quero, dixi, f q̃ oportet q̃ sciat, quid oportet ipsum scire? Breuiter si quidem hereditas est delata ab intestato, sufficit q̃ sciat aliquem esse defectũ. z hoc probare debet, q̃ sciat se esse primiorẽ cõsanguineum, z forte si esset mortuus in eadem ciuitate, præsumeretur scire ratione cosanguinitatis, vt j. vnde cognati. l. octaui. z C. de in inte. restit. l. de tutela. Et ex hoc concludit, q̃ sciuerit hereditatem sibi esse delatam. Nam nemo præsumitur ius ignorare vt C. de legi. l. leges sacratissime. Consulo tamen vt de hoc faciat articulũ. Si vero hereditas deferatur ex testamento, est necesse quod sciat de functum esse testatorem, z se heredem institutum. Ei enim, qui ignorat vires testamenti, nõ potest dici esse delata, l. sed z si de sua,

13 de acq. he ¶ Quero, an iste heres, ad quem transit ius deliberandi, possit hanc hereditatem repudiare. Videtur quod non vt j. de bo. lib. l. liberto octoginta, z de leg. j. l. si fundum sub conditione. §. si Titius. z ibi no. In contrarium videtur, z ista est veritas quod repudiare possit, l. si quis filium. §. j. de acq. here. Pro hoc l. cum antiquioribus. quia potest repudiare saltem tacite patiẽdo labi tempus anni: ergo eadem ratione expresse. Non obstant contraria, quia loquitur de legatis, que non possunt repudiari ad in commodum alienum, vt ibi: sed ad incommodum heredis possunt

14 repudiari, vt ff. de leg. j. l. si mihi z tibi. in prin. ¶ Quero. f aliquis ad plures heredes transmisit ius deliberandi z adeundi hereditatem sibi delatam, an si vnus repudiat, alteri accrescat. Et videtur q̃ non l. legatarius in prin. ff. de leg. j. coniuncta l. z Proculo. ff. de le. ij. z q̃ dixi in l. re coniuncti. ff. de leg. iij. Contrarium puto, per l. si seruus communis ab extero. z q̃ ibi no. ff. de acq. her. quia

15 aliud in hereditate, aliud in legato. ¶ Quero, f pone q̃ vnus heres ex virtute iuris deliberandi adiuit intra annum alius nõ: sed hereditatem illius primi adiuit, vel adire vult, quia ad ipsam adeundam tempus non currit, vtrum ille qui adiuit habeat totã illam hereditatem virtute iuris deliberandi? Quod videtur per titu. C. quando non pet. partes. z per d. l. si seruus communis ab extero. Sed dico sic: Aut ille adiuit virtute illius iuris deliberandi totã hereditatẽ, z tunc proderit coheredibus adeuntibus hereditatem principalem. Aut adiuit solum pro parte sua, z tunc secus, sed eis accresceret, arg. l. cogi. §. itẽ Metianus. j. ad Tre. vbi coactio facta ab vno super toto. prodest. alijs Non obst. tit. C. qñ non peten. par. quia illud verum, quando quis excluditur tempore ab hereditate, que defertur principaliter, vbi vnius agnitio alijs non prodest: sed hic vna hereditas defertur principaliter, alia in consequentiam. Unde si durat tempus adeundi, principale factum vnius ex coheredibus, proderit alteri, d. §. item Metianus.

16 ¶ Ultimo f dicitur hic in fi. q̃ substitutus admittitur quasi vtriq; substitutus, quid si mater est in medio? Quidam dicunt matrem repellendam, quia vtrique succeditur ex pupillari expressa. Quod non est verum, quia isto casu substitutus nullo modo admiteretur quia istud distributiuum debet verificari in vno tantum. vt j. l. proxima, z matre subsistente in medio, cessat ratio præ-

17 sumpte voluntatis defuncti. ¶ Item hic dicitur f q̃ in hereditate secundi reperitur hereditas primi qualiter vendicabit istas hereditates, an dicet se heredem ex testamento vel ab intestato? Bl. dicit quod vtranque vendicabit ex testamento. Quod dic vt no. in l. j. z ij. ff. de pet. here.

ADDITIONES.

a AND. BAR. ¶ Sol. Possumus. Et vide Bal. in l. si infanti. C. de iu. deli. vbi dicit q̃ opi. Bar. est falsa, idem ibi Ang. z Saly. z vide Lud. Ro. in consi. lvj. inci. visis narratis. vbi refert doctr. Bar. hic z vide ibi.

* CLAV. DE SEISS. ¶ Quod non est superlatiuum. Imo secundum bonam grammaticam vltimus est superlatiuum ab vltra, z supremus a supra. vnde in se est falsa solutio.

b ALEX. ¶ Non fuit deceptus. Vide Bar. in l. j. z ibi Bal. C. de re mili. alias de rest. mil. per Bal. in l. si infanti. hic alle. per Ang. in l. non solum. ff. de in integ. resti. Et hanc communem opi. sequitur Jo. An. in c. in presentia. de proba. licet Ang. contra. in d. l. si infanti. Sed hec opi. est cõmunis, z vera, z approbatur. z pro hoc vidi consuli z iudicari per Imo. in l. ventre. in vlt. char. de acq. her. per Pet. de Anc. in consi. cccxlv. quod incipit de iuribus additis. vide Bar. in suo consi. cxciij. z vide Ro. in consi. lvj. inci. visis narratis in puncto quoad primum quo queritur. zc. z pater hereditatem delatam filio maiori infanti inutiliter adiuit, est modo dubium vtrum eo mortuo possit pater restitutionem petere ex clausula generali, vel ex persona ipsius filij iam defuncti, vel ex iure deliberandi. vide Pet. de Ancha. in consi. ccclxiij. inci. in Christi nomine amen. de iuribus additis petri adeuntis zc. Adde que posui in l. si infanti.

c AND. BAR. ¶ Idem dico. Et vide Bal. in d. l. si infanti.

d ALEX. ¶ Sic dicendum. Per Bar. consi. inci. quidam Petrus nus decessit in d. l. si infanti. z Bal. in l. vnica. §. in nouissimo. de cadu. tollen. z in d. l. si infanti. z in l. cum antiquioribus in vj. q. de iu. delib. z ibi etiam per eum in vlt. col. vbi refert verba Bi. de Mat. ad no. per Bar. hic, adde Pe. de An. in consi. xcviij. inci. pro declaratione quesitorum tria sunt, zc. in iij. puncto.

e ALEX. ¶ Que requirantur. Vide aliquid per Imo. in l. venire. in vlti. col. de acq. her.

f ALEX. ¶ His premissis quero An sufficiat tutoris sciẽtia ad transmittendum ius deliberandi, adde tex. z ibi Bar. in l. fi. C. de tu. z cu. qui non satisde. vide Bal. in d. l. si infanti. de iure delib. vbi omnino vide, z dato q̃ opi. Bart. esset vera, format ibi Bal. circa hoc plures no. q. vide Bar. j. proxi. col.

g ALEX. ¶ Puto quod non. Bal. contra in d. l. si infanti.

h ALEX. ¶ Quero quid. Per Bal. in d. l. si infanti. per Bar. in d. l. cum antiquioribus.

i ALEX. ¶ De scientia. An sufficiat scientia solius patris vel filij. z ponit etiam Bal. in d. l. si infanti. z per Bar. in d. l. cum antiquioribus.

k ALEX. ¶ Inuentarium non fecit. Quid si sciuit tutor quod non satisdedit, vel inuentarium non fecit, z vide in fini. no. per Bal. in d. l. si infanti.

l ALEX. ¶ Dico quod sic. Per Bal. in d. l. cum antiquioribus in iij. q.

§. Cũ in bello. Si vno casu decedat pater z filiꝰ, patrẽ primo decessisse præsumitur. h. d. ¶ Opp. j. eo. in fi. z l. cũ pubere. cũ l. seq. Sol. Intellige hic in filio pubere. secus si esset impubes, vt in contrario. Op. j. ad Tre. l. ex facto. §. si quis autẽ. vbi præsumitur filium prius decessisse. Solvit gl. q̃ speciale est ibi fauore testamẽti conseruandi, vt præsumatur filium decessisse prius: hic vero præsumitur fauore matris, q̃ pater prius decesserit. Primum q̃ gl. dicit, q̃ ibi est specialefauore testamenti conseruãdi. est falsum vt j. eo. l. q̃ de pariter. cum l. seq. z seq. Item istud quod gl. dicit fauore matris, nõ est verum, q̃ idem in quolibet præsumeretur patrẽ decessisse prius, vt j. ea. l. in fi. z j. eo.

l.si pubere. Ad legem contrariam respõde. Si enim pater ꝛ filius simul perierunt, vt hic dicitur, erat conditio fideicõmissi, que est si pater decesserit sine liberis, quod intelligitur de liberis post eum superuenientibus, vt ibi patet in prin.ſ. Constat autem non superuixisse, si simul decesserũt, ergo, ꝛc. ſ.l. prima. Sed si poneres ꝙ nõ appareret eos simul decessisse, ꝛ ignoraretur quis prius ꝛ quis posterius decessisset, tunc ille, qui dicit aliquem decessisse sine liberis, habet intentionem suam fundatam de iure communi: licet
a enim habuerit filios ante. non tamen presumitur[a] habere tẽpore mortis, l. spadonem, ſ. qui absolutus, de exc. tu. Et iste est casus in d. ſ. si quis autem. Item dicerem in ſ. nostro. si nõ cõstaret patrẽ ꝛ filium decessisse vno casu, vel vno bello, vel vna ruina: qz tunc esset fundata intentio eius, qui diceret patrem decessisse sine liberis per iura predicta. Fauor enim matris nihil operatur. Si enim fauor matris aliquid operari deberet, multo magis operaretur fauor fratris, qui est alter filius testatoris: ꝙ tamen est falsum, l. sed ꝛ in illo. ſ. eo. ¶ Op. ſ. prior. ſ. Sol. Ibi speciale propter reuerẽtiã patroni, vt ibi videbitis. ¶ Hec lex inducit, an hereditas patris non adita transmittatur, quod rangam aliqualiter. ſ. eo. l. cum pubere. ꝛ l. ventre. de acq. her. Ultimo, materiam de pariter decedentibus examinabo in l. quod de pariter. ſ. eo.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Non tamen presumitur, An si quis habuerit filios tempore vite presumatur habuisse tempore mortis, ꝛ hic adde Jmo. in d. l. ex facto. ſ. pe.

ſ. Si cum filio. Op. ſ. prior. ſ. Sol. speciale fauore patroni. Quero, quid si ista causa non agitatur cum patrono, sed cum herede patroni, videl. retenta gl. precedentis ſ. ꝙ ibi fit fauore matris. Quid si nõ agat cum matre, sed cum heredibus matris. an habeatur ista benigna interpretatio? Videtur ꝙ non quia est beneficium personale, ergo, ꝛc. l. quia tale. ſ. sol. mat. Preterea tex. loquitur quando mater vel patronus agit.

1 ☞ Statutum, quod muliere decedente in matrimonio, vir lucretur dotem, verificantur. si ambo simul perierint.

a 1 **ſ. Si maritus.**[a] Hora hunc casum ad q. statutum dicit, ſ ꝙ muliere decedente in matrimonio sine liberis, vir lucretur certã partẽ dotis. Certe si simul decedãt dicit mulier in matrimonio decessisse, casus est hic. Op. gl. ſ. eo. l. quod de pariter. So. Ibi fuit stipulata mater, si superuixisset: hic si in matrimonio decessisset. Op. gl. ſ. de adul. l. nec in ea. so. Dy. ꝙ ibi denotatur accidentia facti, non iuris ministerium.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si maritus. Et adde tex. ꝛ gl. ꝛ Bal. in l. si possessor. ſ. ſ. de rei. ꝛ sump. fune.

ſ. Si Lucius. Si filius pubes cum patre moritur, presumitur patri superuiuere, impubes non, sed pater sic. h.d.

LEX XI.

1 ☞ Incertitudo persone legatarij procedens ex euentu casus, in quem confertur legatum, vel ex prolatione defuncti, vitiat legatum non tamen ademptio.

2 Relatiuum qui, quando distributiue ponitur verificatur in vno tantum: secus si diceret, quisquis.

a 1 **Si ita fuerit.**[a] Incertitudo ✝ persone legatarij procedens ex euentu casus in quẽ legatum conseruetur, vel ex prolatione defuncti. vitiat legatum, ademptio autem non vitiatur. h.d. ꝛ ponuntur[b] hic sex casus per ordinez. ¶ ✝ Ho. de significatione huius pronominis qui, quando distributiue ponitur, quia verificatur in vno tantum, vt hic. secus si diceret, quisquis, vt dixi in l. hoc articulo. de her. inst. ¶ Facit ad q. de duobus intrantibus castrum simul, quam ponit Dy. in l. qui filiab. ſ. de le. j. ꝛ Ja. de Are. in cõsil. digesto. ¶ Op. ſ. de le. ij. l. si quis seruũ. ſ. si inter. So. gl. optime. ¶ Op. ꝛ vtraqz videtur ꝙ debeatur propter equalem qualitatem que est in vtroque. l. seruus plurium. ſ. fi. ſ. de leg. j. ꝛ l. cum alimẽta. in prin. ſ. de ali. ꝛ cib. leg. Sol. gl. ꝙ hoc est speciale propter incertitudinem, ꝙ declara, quia hic erat incertitudo personarum, ibi rerum. Dixi. ſ. eo. l. quidam. no. in c. in obscuris. de re. in. lib. vj. Dy. ¶ Op. de testa. l. duo sunt Titij. ꝛ lin ten pus. ſ. j. de her. instit. ꝛ l. si duo. vt le. no. ca. Sol. Non valet, nisi probetur de quo testator senserit, vt in contrario. Item videtur, ꝙ in isto dubio lex debeat presumere vnum priorem alio sicut facit ſ. l. prior. Soluit gl. ꝙ illi generalitati derogatur quando lex aliter disponit, vt hic in libertate que difficilius revocatur, ideo difficilius datur. Hec sol. non placet, qz hec lex. oquitur etiam in alijs casibus quam in libertate. Ideo alij soluunt. ꝙ hic loquitur, quando est incertitudo circa personas quibus relinquitur: sed l. prior. ſ. eo. loquitur quando est incertitudo circa factum persone, a qua relinquitur. Vide gl. que inci. sic. j. eo. l. si quis. in fi. ibi. ꝙ non potest stare. Decimo potest stare, ꝛc. Nam quando est incertitudo circa personas, quibus relinquitur, tunc vitiatur legatum, vt hic. ꝛ l. si quis de pluribus. Si contingente in persona relinquentis fit interpretatio vt l. Item dicitur hic, ademptionẽ valere: contra ſ. tit. l. si. ibi. que est ver. ademptionem.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si ita fuerit. Et ad intellectum huius libi fit, ꝛc. ꝛ l. iij. ſ. si duobus. hic alle. vide Jmo. in l. si ita fit adscriptum de le. j. Et no. ex isto tex. a contrario sensu, ꝙ si vnus testator dem nominis esset plus coniunctus testatori, quã alius teretur ad legatum, ꝛ similiter reprobat tex. in d. l. si quis ſ. si inter. de le. ij. ꝛ põderat Ro. in l. si vero. ſ. de pyro so. ma. Et pro intellecta huius tex. vide quod no. Jmo. liabus. ſ. j. circa prin. cum seq. de le. j. ꝛ istam l. fin. limita ma. in l. si quis a filio. ſ. si quis plures. de le. j. ꝛ ibi dixi

b ALEX. ¶ Ponuntur hic. Et facit ad q. si primus premium, ꝛ plures fierent primi, quis debet habere. Suid. de suza. in q. inc. pone. quia de facto statuum ꝙ qui primo, ꝛc. ꝛ hic Bar. Et si primogenitus ꝛ ignoratur quis sit primogenitus. pater potest elig secundum Bal. in l. in quibus, de sec. nup. cum concor tionem vide per Jmo. in l. si ita sit adscriptum de leg

1 ☞ Masculus ꝛ femina si nascantur, primus natus masc sumitur. nisi fauor libertatis aliud suadeat.

a **ſ. Plane.**[a] Si de natiuitatis ordine nõ apparet natus presumitur ille, ex quo mater consequitur. h.d. ¶ Ho. ter. ibi. in ambiguis, ꝛc. ¶ Quer ratio huius presumptionis? Dicunt quidã masculus est ideo presumitur primus nasci. Secundum hanc rationem pone libertatem relictam si primus peperit feminam, ꝛ esset qui primus esset natus, presumeretur ꝙ primus esset natus quod est contra istum tex. qui in dubio pro libertate dic re dic quod ille primus natus presumitur. per quem magis ti fauetur, b siue masculi, siue femina. Sed possumus dicere su, quo mulier primus nata presumitur esse. dico non quia

1 expulerit, sed quia hic est fauor libertatis. Sed in alijs casibus quibus non est fauor libertatis, tunc presumeret primus masculum, ꝛ sic sepe de facto accidit. (Pone exempla vt in gl.

ADDITIONES.

a ¶ Plane. Pro concor. aduerte quis primus presumatur culus, an femina, quãdo simul nascuntur, ꝛc. Bar ff. de condi. tio. ob cauſ. dicit ꝙ masculus. Contra gatur Bar. in hoc ſ. hoc plane. secundum Alex dixit Bar. quod presumitur primo natus masculus agitur de fauore, maxime libertatis femine, ꝙ tunc ea, ꝛ sic in effectu vbique idez dixit, si bene legatur, nisi cialis fauore libertatis.

b ALEX. ¶ Libertati faueꝛ. Bar. vt sentire contrarium trane. de cond. ob cau. ꝛ vide Bar. in l. Arethusa. de

LEX XIIII.

1 ☞ Dictio cum, sicut dictio ꝛ, in dubio cadit inter diuersa.

2 Duo ꝛ tria ꝛ sunt quinqz, tamen duo in tria non faciunt

1 **Si is qui ducenta.** Sicut dictio cum, in dubio citur cadere inter diuersa. h.d. ¶ Op. ꝙ ex quo est guum, sequamur, id quod minimum est. l. si ita fit scriptum. ſ. de le. j. Sol. illud verum, nisi aliud sit ex propria significatione

2 cabuli, vt hic est. Ex hoc reprobatur arg. illorum qui dicit ꝛ duo sunt quinque, quia verum est, scilicet tria ꝛ duo sed tria ꝛ duo, que sunt in tribus non faciunt quinque.

ſ. Si quis ita. Si seruus nominatus potest acc vt res legata, ꝛ vt persona legatarij in dubio accipitur vt res legata. h.d. ¶ Ho. ſ. menti tenendum.

ſ. Cum ita. Diuide. In prima parte incipit stipu tiue concepta, in secũda incipit stipulatio a precedenti cõditione disiunctiue, ꝛ ne affirmatiue, ꝛ copulatiue cõcepta. In tertia parte incipit a cedenti conditione copulatiue, negatiue concepta. Secunda idemque. Tertia ibi vel vt pro. 2tus. ¶ Opp. ꝛ videtur ꝙ ad vt stipulatio non commutatur. alterum fieri sufficiat. vt l. ca. quis. Sol. secundum R. o. ꝛ bene. hic loquitur quando precedit positio copulatiue concepta. vel quando nulla dispositio precedit, sed incipit latiue concepta, vel quãdo nulla dispositio precedit, sed incipit

precedenti condītione disiunctiue, vel negatiue concepta, q̄ vtrū que requiritur fieri, ne stipulatio committatur. Sed si incipit a p̄cedēti dispositiōe cōcepta disiunctiue, tunc sufficeret vnum fieri, vt in contrario Vide gl.j.ibi secundum Ro. dic vt j.ea.l. §.si quis autem. secundum hoc ergo limitatur penalis stipulatio, secundū naturam precedentis conuentionis. Sed contra, iste §. videtur sibi contradicere. Nam vtrunque requiritur fieri, si conditio copulatiue concipitur, vt in fi.ꝛ vtrunque fieri debet, si incipit a condītione disiunctiue concepta, vt in prin. huius §. ergo sequitur q̄ in disiunctiua requiritur concursus duorum, sicut in copulatiua. Bi. sentit hic contrarium, ꝛ ipsum fatetur, ideo exponit hic aut, ꝛ certe hoc non est verum, imo vtrunque ex propria significatione resultat. Si enim copulatiue concipitur, non est dubium q̄ vtrūque requiritur fieri vt hic in fi. §. Idem si concipitur alternatiue. ꝛ negatiue, vt stipulatio non committatur, alias semper erit verum hoc aut illud, factum non esse ex propria significatione, vt probatur in l. si quis ita stipulatus fuerit decem. j. De ver. obli. Facit l. si ita quis stipuletur. eo. ti. Ité op. quod iste §. nihil facit ad tit, ꝛ sic obstat in prima constitutione Codic. §. quibus. Bl. in ver. faciendum sol. q̄ hic tractatur de rebus dubijs tam circa stipulationes quam circa vltimas voluntates, licet principalius circa vltimas voluntates, (vt in ea habes.)

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Concepta. Et facit ad no. q. statutum est q̄ si quis tē poze mortis caruerit filio, ꝛ filia succedat fratri: modo quidā caret filio, sed non filia: queritur vtrum vigore illius statuti admittatur frater. Et iste tex. facit q̄ sic, sed Bald. in c. fi. de duo. frat. in cap. inue. tenet contrarium per no. in c. plerisq̄. de elec. in cle.

b ALEX. ¶ Quia requiritur fieri vtrunq̄. ꝛ ad ea que habentur hic, vide Ang. ꝛ Imo. in l. si quis ita stipulatus. de ver. obli.

1 ℣ Alternatiua legis quando ponatur p̄o coniuncta, ꝛ nu. 3.

2 Disiunctiua aut, disiungit verba, ꝛ sensum. Item ꝛ dictio vel. Dictio seu, ꝛ dictio sive, habent vnam significationem: ꝛ licet distingant verba, sensum tamen coniungunt.

Disiunctiua hominis quando ponatur p̄o coniuncta.

3 4 Stipulatio facti diuidui penalis copulatiue, ꝛ affirmatiue concepta, si non impletur in preparatoriis iudicijs, cōmittitur insolidū sed p̄o parte impleta obstat exceptio ꝛ est speciale in iudicijs.

5 Copulatiua quando ad veritatem sui requirat vtrunq̄ concurrere ꝛ ponatur p̄o disiunctiua.

6 Oratio vniuersalis duplex, ꝛ quid comprehendat.

7 Falsum dicitur tribus modis, ꝛ statuta loquentia de falso intelliguntur proprie ꝛ stricte de falso, quod cadit in aliquo capit. l. Cornelie de falsis.

1 Negatio postposita signo vniuersali, facit equipollere suo contrario, sed oratiōi particulari non.

§. Verum. Iste §. consueuit reputari multum difficilis ꝛ p̄o certo est. ꝛ habetis hic duas gl. magn. Una est gl. noua, que ponit casum, licet nō bene declaret. Alia est antiqua. ꝛ ponit casum magis succincte, neuter tamē est bene clarus. ¶ Antequā veniā ad primā, premitto primo p̄o euidātia, q̄ prepositionum, quedam est categorica, quedā hypothetica. Categorica est que subiectum ꝛ predicatū habet principales partes sui, vt Petrus currit. Hypothetica est que habet duas categoricas principales partes sui, ꝛ hec fit per si, vel p aut, vel similia j. de acq. re. do. l. quesitum. in vlti. gl. Ité ista hypothetica, quandoq̄ fit per ꝛ, quandoq̄ per aut, secundū Dialecticos, ꝛ de qualibet tractat hic §. Item premitto q̄ ad veritatem disiuntiue sufficit alterā partem esse veram: sed ad veritatem copulatiue requirit vtranq̄ partem esse verā. Item premitto, q̄ orationum alia est vniuersalis, in qua subiicitur terminus communis, determinatus signo vniuersali, vt omnis homo currit, nullus homo currit, ꝛ homo dicitur terminus communis. Alia particularis. vt q̄ū terminus communis determinatur signo particulari vt quidam homo currit, ꝛ quidam homo non currit. Alia indefinita. vt quando in oratiōe terminus communis ponitur sine signo. Alia singularis q̄ū subiicitur terminus discretus, vt Petrus currit. Item q̄ alternatiua requirit alterum, non equiparatur vniuersali, sed copulatiua equiparatur vniuersali, q̄ requirit vtrunq̄. Item premitto q̄ orationum quedam sunt contrarie directe, vt vniuersalis affirmatiua ꝛ vniuersalis negatiua. Alie subcontrarie, vt particularis affirmatiua, ꝛ particularis negatiua. Alie cōtradictorie, alie subalterne. Et de his duabus vltimis nihil ad presens. Ité premitto q̄ quidā habent literam affirmatiuam, quidā negatiuam. ¶ Deinde dinide in quatuor partes. Primo ponitur conceptio duarū stipulationū, ꝛ de differentia inter eas dubitatur. Secunda ibi, q̄ quamuis, in qua ponitur quedam confirmatio, seu euidens solutionis ratio, in qua procedit per modū expositionis, Tertia ibi, animaduertendū, in qua ponit solutionem, ꝛ ponit differentiam inter predictas. Quarta ibi, proinde si quis, in qua Dy. ꝛ Ray. dicunt q̄ ostēdit indefinitam, equipollere vniuersali. Sed male dicūt q̄ ibi est oratio particularis. q̄ ibi ponit signum particulare. id hoc est aliquid: ergo nō est indefinita. Hic ergo. q̄ ibi ostendit hāc orationē, quid nō fecit, ꝛ similes quōq̄ assumi vniuersaliter, quādoq̄ in propria significatione particulariter, secundū diuersas materias, vt j. proxime ostendam. ¶ Breuiter hoc intendit. Si p̄cedit stipulatio negatiue ꝛ copulatiue concepta, penalis si, pulatio disiunctiue subiecta, neutrū fieri exigit. Si vero precedit conuentio affirmatiue ꝛ copulatiue concepta, penalis stipulatio sibi subiecta requirit vtrūque fieri, vt penalis stipulatio nō committatur h. d. totus §. ¶ Casum in terminis pone perte, ꝛ expone literā vt hic habes per gl. ꝛ doc. vt patet ex j. dicendis, ꝛ collige notabilia. Et pone casum, in prima parte stipulationis, precessit stipulatio negatiue, ꝛ copulatiue concepta, ꝛ fuit subiecta penalis stipulatio alternatiue. In secūda stipulatio fuit interposita ꝛ affirmatiue ꝛ negatiue, penalis stipulatio fuit adiecta per signum particulare, vt si quid, ꝛc. licet Dy. dicat per signum indefinitū: sed non est verum, quia gl. ponit que sit differentia inter istas stipulationes: Lege literam ibi stipulationem scilicet penalē precedentē conuentionē negatiue ꝛ copulatiue conceptā. Et ibi, quid eorum. signum est indefinitum, secundum Dy. Tu dic, q̄ quid, signum est particulare, q̄ est, aliquid, si essent affirmatiue ꝛ copulatiue comprehensa subaudi, queritur quando aliquid interest hoc est, an aliqua differentia sit: ꝛ respondet vt sequitur hoc interest. Hic incipit secunda pars, in qua pone casum sic. Ad primā questionem resp. Iuri consultus sit hoc interest, hoc est, ista differentia est, quam dicam in ver. animaduertendum: tamen antequam respondeat questionibus, vult respondere vni obiectioni, que posset fieri in contrarium. Ponamus, in prima conceptione stipulationis vnum fuit obseruatum, aliud non diceret aliquis, verum est q̄ hoc, aut illud fuit obseruatum, ergo stipulatio non debet committi. Ad hoc respondet Iurisconsultus, q̄ quāuis, ꝛc. hoc interest, hec differentia est, que dicit in ver. animaduertendū. Sed ante omnia scias q̄ quamuis, ꝛc. Ibi contraria, (id est, subcontraria, quia contraria) in genere ꝛ specie non contraria, sed diuersa. Ibi, ex vniuerso, expone, id est oratione vniuersali. Ité nota tex. ibi in quo si aliquid falsum est, ꝛc. Ibi animaduertendum, hic pone casum per te quia clara est litera. Ibi, concipio. scilicet stipulationem penalē. Ibi tactum, id est, obseruatum, vt neutrum fiat de his que conuenerunt in stipulatione prima nō fieri. Ibi, Huius autem scilicet secunde stipulationis, ibi, Proinde si quis, hic ponit quarta pars, in qua pone sic casum. Dictū est ā, quod ista verba, si quid eorum factum non erit, verificantur si in aliquo particulari non fit factū: vñ stat in propria significatione. ¶ Sed quero. vtrum aliquando ista cōceptio, si quid eorum, assumatur vniuersaliter? Et respondet Iurisconsultus, ꝛ dicit quod sic, in exemplo proposito hic in tex. ꝛ sic illud proinde, ponitur aduersatiue, ꝛ rationem huius videbitis j. Ex hoc apparet quod Dy. qui dicit, q̄ hec indefinita equipollet vniuersali, non bene dicit, q̄ hec est oratio particularis, quod apparet ibi, sed ex aliquo. ¶ Nota quod ad veritatē disiunctiue, sufficit alterum verum, Secundo nota q̄ ad veritatē copulatiue requirit vtrunque. Tertio nota, q̄ due orationes particulares contrarie possunt esse vere. Quarto nota q̄ in vniuersali oratiōe, si quid est falsum, tota oratio est falsa. Ultimo no. q̄ particularis, quādo que assumitur p̄o vniuersali ex presumpta mente loquentium, vt in fi. huius §. vt ibi dicam. ¶ Ad quelibet istorum no. op. per ordinem. Ad primā stipulationē conceptam alternatiue, primo op. de l. cum quis. de ver. obli. ꝛ l. continuus. §. pe. eo. ti. Sol. Dy. Nō factum vocat factū, ꝛ sic iuste subiicitur negatiua, vt hic habes in quarto cōtrario, ꝛ ita sentit gl. hic parua. Alij dicūt, q̄ hic deficit non, vt sit penalis affirmatiua alternatiua, secundum gl. magnam hic in fi. sui hec est mala lectura, ꝛ contra §. animaduertēdū. Alij dicunt q̄ precessit stipulatio affirmatiua, sed est falsum. ꝛ cōtra ver. animaduertēdū, ibi, vt nemini fiat. ꝛc. Die ergo vt in prima ¶ Et videtur q̄ prima stipulatio fuerit male concepta: q̄ quando precedit stipulatio negatiue cōcepta penalis stipulatio debet subijci affirmatiue, l. cum quid. de ver. obli. Scōo op. dicitur hic, q̄ neutrum debet fieri, imo debet vtrunq̄ fieri, l. si heredi plures. ā. de cōdi. insti. Solu. illud verum in affirmutiua vt tangitur hic in vij. contrario. Si vero concipiatur copulatiue, ꝛ negatiue, debet fieri neutrū, vt hic in ver. animaduertendū. ¶ Tertio op. q̄ sufficiat alterum tantum fieri, vt ā. prox. §. cum ita. Sol. vt stipulatio penalis committatur, sufficit alterum fieri. vt ibi hoc tāgitur hic in primo contrario, licet non clare. ¶ Quarto op. q̄ sufficiat alterum ex natura alternatiue. vt no. j. prox. §. si quis autem. Sol. Hic precessit copulatiua coniunctio. que limitet penalem, ibi, precessit alternatiua indubio q̄ nulla precessit, habet locū quod no. ā. prox. §. cum ita. ꝛ est hoc exemplum alternatiue ꝛ negatiue. ꝛ tangitur in

secundo contrario. ¶ Quinto opp. de l. Quintus. in fi. de auro z
argen. leg Sol. ibi disiunctiua ponitur inter genus z speciē. Vel
alter, vt dicit Ly. in l. cum quidam. C. de verbo. significa. ibi in al-
ternatiua lege. z que semper habetur pro copulatiua. ne alia pars
sit incerta. z sic haberetur pro copulatiua. Hoc est falsum, q̄ se-
cundū hoc ff. de fica. l. j. z de parrici. l. j. requireretur, quod omnia
illa fecerit. Aut teneret illa lege, quod ridiculum est. cum alterum
sufficiat. Dic ergo, quod quandoq; lex statuit plura alternati-
ue circa idem factum, z tunc alternatiua ponitur pro cōiuncta,[a]
ne al'a ignoremus quod statutum est, z hoc nisi vni parti disiun
ctiue alia pars repugnet. q̄ tunc illa pars est vera. que nō habet
repugnantiā, vt j. de fideiuss. l. vbicunq;. * z j. de contrahenda. l. sed
z si decesserit. in fi. Facit C. de cond. ob causam. l. ea l. z q̄ ibi no. z
hoc quantum ad ipsum ius. sed quantum ad executionem facti,
habet vim alternatiue, quia vna executio sufficit. vt j. de effra.
z expi. l. j. §. expilatores. z C. de ser. fug. l. si fugitiui. z l. quicunq;. ni
si alia lex (vel ratio) repugnet. q̄ tunc etiam quo ad executionē
poneretur pro coniuncta, vt C. de epis. z cler. auth. sed nouo iure.
z q̄ ibi no. Quandoq; lex statuit vnum circa plura facta alter-
natiue nominata. z tūc quo ad quid stat propie alternatiua:[b] q̄
etiam in vno facto verificatur vna dispositio: sed quo ad quid ha
bet vim copulatiue. q̄ etiam quando vtraq; cōcurrit, habet locū
dispositio. Ita loquitur d. l. Quintus. z l. j. de fica. z l. j. de parrici.
cum simi. ¶ Sexto opp. de l. si quis ita. de auro z arg. leg. vbi dis
iunctiua ponitur pro coniuncta. Sol. Dicunt quidam, ibi, in dic
tione seu. que est disiunctiua separata, seu duplex, vt dicit Ly. in
d. l. cum quidam. Idem dicit de dictione vel. quod est falsum, imo
falsissimam. vt l. plane. §. pe. ff. de le. j. z C. de ser. fug. l. quicunq;. q̄
habet illam significationem, quam habet dictio, aut. Hoc colligi
tur ex d. l. cum quidam. in prin. Itē videtur falsum q̄ dicitur de
dictione seu, nam videtur idem q̄ aut, vt j. ad Treb. l. j. §. sublata.
z Inst. qui da. tu. pos. §. ad certum tempus. Sol. Potes sustine-
re, q̄ quedam est disiunctiua, que tam sensum quam verba disiū
git, vt aut dies est, aut nox. Idem in dictione vel. Quedam est dis
iunctiua, que verba disiungit. sensum tamen coniungit, vt Alexā
der, siue Paris. Idem enim fuit sic nominatus, z de hoc habes
expresse regulam in Donatello. z C. de in litem dan. tu. l. ad protē
gendam. vbi no. idem in dictione seu. que eandem habet propriā
significationem. secundum Priscianum. z sic ponitur de muneri.
z honor. l. fina. §. hec omnia munera z infra de his quibus vt in
di. l. ij. Unde cum lego mulieri ornamenta, seu que eius causa pa
rauit, est coniuncta quo ad verba, z vtrunque debetur. Hec obstat
d. §. sublata. nec d. §. ad certum tempus. q̄ ibi ponitur improprie,
q̄ natura oratonis hoc non patit. Sed hoc videtur cōtra l. si ita
quis stipuletur. j. de ver. obli. Dic ergo sic, q̄ propria significatio
istius dictionis seu, vel siue, est prima. z fauor legatorū hoc opera
tur, alias cuz istis dictionibus equaliter abutamur, idē sit in vna
q̄ in alia. ¶ Septimo op. de l. sepe, ver. z cū dicimus. z de ver. sign.
Sol. Dicit Ray. ibi cadit inter genus z speciem, ideo ponitur p
coniuncta. Sed hoc videtur contra casum l. j. §. eo. secundum posi
tionem casus. z ibi gl. nisi sustinendo dicas, q̄ ibi cadit inter totū
z partem quantitatiuam, secus si inter genus z speciem. Et sit ra
tio diuersitatis. q̄ nuda voluntate fundus constituitur. ¶ Octa
uo. opp. de §. item si pater. fa. j. prox. solue vt ibi. z quod no. per Ly.
C. de instit. z sub. l. generaliter. quia ibi voluntas testatoris non ve
rificat verisimiliter in qualibet parte disiunctiue. ¶ Ultimo op. de
l. cum quidam. C. de verborum significa. Sol. ibi inter personas di
iunctiua ponitur pro coniuncta, hic inter res, seu dispositiones.
¶ Ut ergo liqueat ista materia distingue. Aut queris de disiun
ctiua legis (z dic vt ff. dixi.) aut hominis. Si hominis tūc aut illa
est posita in dispositione accessoria, vt in penali stipulatione acces
soria. z illa limitatur secundum precedentem stipulationem, vt hic
z in §. prox. Aut in dispositione principali. z tunc aut queris de
ea alternatiua. que sensum coniungit iz verba disiungat vt seu, z
fine, z dic vt l. si quis ita. ff. de auro z argen. leg. Aut de ea que sen
sum disiungit, z isto casu, aut cadit inter genus z speciem, z dic vt
vt supra co. l. j. Aut inter alia, z tunc voluntas disponentis nō po
test verificari verisimiliter in qualibet parte alternatiue, z ponit
pro cōiuncta, vt hac lege, ver. item si pater. Aut potest verificari, z
tūc aut cadit inter res, aut inter personas. (Si inter res manet in
sui natura. l. plerūq;. in fi. ff. de iure do. Si inter personas, tūc aut
persone habentur loco rerum, z idem l. si tatuliberū. in fi. ff. de lega.
ij. Si loco personarū, tūc aut apparet proferentē voluisse remanere
re in sua natura, z remanet, l. si titio aut Seio. de leg. ij. aut non ap
paret, tūc aut apponit inter personas grauatas, aut honoratas,
primo casu stat propie, l. si ex toto. §. j. de leg. j. z au. h. si quando.
C. de cōs. pe. Secō casu, z tūc aut copulatiua nō posset habere suū
effectum. z tunc alternatiua stat propie l. eū qui ita. §. qui ibi. de
verb. oblig. z l. j. §. si fructuario. de stip. seruo. aut copulatiua pos
set operari suum effectum, z aut inter illas personas cadit affec tio
ordinata, z manet in sui natura, l. cum pater §. pen. de legat. ij.
cadit talis affectio, accipitur disiuncta pro coniuncta. ff. de
C. de verb. signifi. licet secus esset olim, l. proinde. in fi. cum l.
stipu. seruo. Non sunt hic alia quoad disiunctiuam, cuius
sit electio in alternatiua, dic vt in l. Lucio. de leg. ij. Quid
in electione alternatiue, dic vt dicam in l. si ita relictum. de leg.
dixi in l. si duo rei. de verb. obli.) Plenius prosequitur Dy.
l. cum quidam. qui in alij. 4 membris dicit bene. post quos
ctis in quibus dicas vt ex predictis apparet. ¶ Ceterum
cūdam stipulationem copulatiue z affirmatiue concepta
detur quod sufficiat alterum fieri, vt j. §. proxi. si quis
4 ibi precessit stipulatio alternatiua, hic copulatiua. ¶ Se
op. z videt q̄ pena nō cōmittat, nisi pro parte. per Ly
plarium. supra si quis caut. Pro solu. istius contrarii sunt
fi. opin. in gl. Nam glo. in lege contraria, in ver. exceptio
etiam est speciale in iudicijs. quod pena committitur
pro parte obstat exceptio. in contractibus vero semper
pro parte, vt d. §. Cato. Ista solu. gloss. est contra §. cum
proxi. z contra istum §. vtrum. Alij, vt Bart. dicunt
equitate, hic de rigore. Hoc falsum est. quia secundum
corrigitur, vnde gloss. hic in ver. in illo. dicit speciale
men alia specialitate quam ea. que ibi nota. Nam in
committitur insolidū fine obstaculo exceptionis. in
committitur insolidū. sed obstat exceptio pro parte.
sed Petr. dicit aliter scilicet q̄ ibi fuerūt plures stipu
fuerūt plura facta copulatiue concepta l. scire debemus
obli. z ideo si pareret in parte, z sic vna stipulatione
ret exceptio, z sic idē in cōtractib. z iudicijs. Istud dicit
cōtra dictum istius §. z §. cum ita. ff. causa est etiam pro
sunt plura facta copulatiue concepta. Dic ergo gl. verum
z est speciale in iudicijs, z hoc tenet Dyn. in his que pertinent
ad ordinationem iudiciorum: secus in his que pertinent
fionem. vt j. de ver. ob. l. v. §. fi. z plene dixi in l. ij. §. Cato.
opp. ¶ Tertio op. z videtur q̄ ad veritatem copulatiue
tur vtrūque, sed contra. q̄ sufficit vnum, vt ff. de usu. leg.
fundus. Sol. ibi cadit inter incōpatibilia. z ideo resolui
siunctiuam. Facit quod no. C. de codicil. l. fi. Quarto op. z vi
quod inter ea que se compatiuntur, si cadat, sufficit vnum
vt ff. de leg. iij. l. ea tamen. vbi si lego empta. habebit
pta tantum. Sol. ibi cadit inter duo adiectiua neutraliter
non respectu alicuius substantiui. illud vero. quod alibi
quod ad veritatem copulatiue requiritur vtrunque
verum quando copulantur respectu eiusdem. Unde
uersas orationes, verbi gratia, si dico, lego empta
de est, ac si dicerem, lego empta vel parata. vnde
tiantur se tamen non requiruntur de necessitate
d ¶ Ut ergo de copulatiua † liqueat, sic distingue
5 ponitur inter contraria, z inter incompatibilia
e aliquo respectu sunt idem, aut inter diuersa.
in disiunctiuam, vt d. l. si Titio fundus. z l. vlt. z quando
codicil. Secundo casu, aut illa duo sic sunt idem, vt
rio fuit alteri, z tūc si adiecitur copula, vnū resolui
alterius. l. j. de pac. ibi placitum z consensus. z ibi
ideo sunt vnū q̄ vnū genus, aliud species z ita sub
species. aliud illius speciei individuum. z tunc quando
restringitur per speciem, quandoque non. Quod dicit
in c. generi per speciem. de reg. iur. lib. vj. z per gl. in
pe. de fund. instr. leg. Tertio casu scilicet quando cadit
sa, z tunc aut sunt duo substantiua. aut duo adiectiua
rationes. Primo casu puta lego Titio, z Sempronio. e
ptie, z velut adnam dispositionem reducuntur. z
dem. l huiusmodi. §. si Titio. ff. de le. j. z l. si duobus. co.
bus legibus tractantibus de materia coniunctionum
casu, aut illa adiectiua copulantur respectu alicuius
z tunc stant propie, z requirunt vtrunque, vt in hoc
tius est albus z magnus, z lego seruos texteres z
quiritur concursus vtriusque. l. seruis vrbanis. in fi. de
Titie textores. ff. de leg. j. Aut illa adiectiua copulantur
ter, z non respectu alicuius substantie, vt lego empta
tunc perinde est, ac si copulatiua caderet inter diuersas
quasi legaret empta, z legaret parata, per d. l. ea tamen.
su scilicet quando copulat orationes. z tūc aut respectu
dum accidentis, z tunc stat propie id est requiritur
f triusq;. l. si heredi plures. ff. de condi. instit. l. si ita quis
decem. de ver. obl. z hic. Si vero due orationes copulantur
principaliter respectiue ad vnam speciem. tunc concursus
necessarius, sed in qualibet procedit dispositio l. j. ff. de
test. l. lege Julia. z de ficar. l. j. cū simi. Et hoc colligitur
do. Jac. But. in q. me ratoribus, z artificibus artis
mentis. ¶ Venio ad particularem oratonem z ad

quamuis. Et primo op. quod litera sibi contrariatur: Sol. vt hic in v. contrario. Secundo op. quod oratio sit contraria dicto. Sol. vt in vj. contrario. Tertio opp. quod duo contraria non possunt simul esse vera. l. hec verba. de verbo. signifi. solu. ibi patet in text. Uemo ad orationem vniuersalem, & primo videtur, quod copulatiua & vniuersalis non conueniant. l. scire debemus. de ver. oblig. Sol. vt hic in vltimo contrario: ¶ Secundo opponitur hic, q si quid est falsum, tota oratio est falsa. Contra de l. obligatione generali. de pig. & l. j. C. que res pig. ob. poss. vbi in genere quedam excipiuntur. Sol. inspecta propria significatione, & logicali, est verum quod hic dicitur: sed inspecta mente contrahentium, seu dispone tium loquuntur leges contrarie, quia vniuersalis oratio limitatur & restringitur ad verisimiliter cogitata, quod dic vt plene per Dy. & Jo. Andr. in c. iij. generali. de reg. iur. lib. vj. ¶ Tertio op. & videtur quod vniuersalis oratio restringatur, vt presentia tan tũ cõprehendat nõ futura vt ff. de le. ij. l. si. §. j. Sol. † vniuersalis dicitur dupler. vno modo sub nomine collectiuo plura continet, vt peculium, hereditas, grex, & ista continet omnia cum tempore l. grege. ff. de le. j. & l. si peculium. eo. ti. cum simil. Item assumitur vniuersale cui apponitur signum. vt hoc §. ex quo doc. nostri notant generale, vt patet. in gl. ff. de edend. l. j. circa prin. Istud verificatur ex his que sunt tepore dispositionis, non autem comprehẽdit que postea accidũt, vt d. l. si. §. j. quod plene prosequere vt per Ly. C. que res pig. ob. poss. l. j. & non modus. C. de serui. & aqua, & dixi ff. de aur. & arg. lega. l. si ita. ¶ Quarto opp. quod oratio vniuersalis in aliquo particulari falsificatur, l. habeat vnusquisque. C. de sa cros. eccl. (l. inter omnes. ff. qui satisda. cogan.) & de mune. & hõn. l. vt gradatim. §. & si lege. Sol. Materia nostra loquitur in dispositione hominis: contraria vero loquuntur in dispositione legis. in qua oratio generalis restringitur ab habilitatem, & tamen istud nõ est indistincte verum. Ut liqueat ista materia, potes dicere vno verbo, quod in generali nõ veniunt ea que quis, &c. vt habes per Dyn. in c. generali. de reg. iur. lib. vj. vel plenius. Aut oratio profertur ab homine, & dic vt no. per Ly. in d. l. j. Aut a lege, tunc dic aut illa vniuersalis oratio restringitur per aliam legem, & habet locum quod no. in l. j. de eo q̃ certo. loc. aut non, & tunc aut signus vniuersale inducitur verbo preteriti temporis, aut verbo futuri temporis, vt habes per Jac. de are. & Old. ff. de no. ope. nun. l. j. §. nũcia tio. ¶ Item opp. dicitur hic, quod si aliquid falsum est totam orationem falsificat. Contra. Nam omne non verum, non est falsum. l. quid sit falsum. ff. de fal. Sol. Falsum accipitur tribus modis. Uno modo largissime, & sic accipiunt Logici, q̃ omne quod non est verũ est falsum. & isto modo accipitur hic. Secundo modo accipitur large & falsum est omnis immutatio veritatis facta scienter vnde omne mendacium potest dici falsum, & hoc modo accipitur in auth. de instr. can. & fide. circa prin. Tertio modo accipitur falsum proprie & stricte, quando tractatur de puniendo tanquam de crimine falsi, & tunc omne mendacium non dicitur falsum, sed illud dicitur falsum quod cadit in aliquod capitulum, vel in aliquã speciem legis Cornelie de fal. hic est text. ff. de fal. in d. l. quid sit falsum. quod tene menti, propter statuta que dicunt, q̃ potestas in falsitatibus habeat arbitrarium: vel si quis condemnatus fuerit de falso, non possit admitti vel habere officium, quia intelligitur de falso, proprie, & stricte, & de falso q̃ cadit i aliquod capitulũ legis Cornelie. Et sic restringitur falsum ad ea, que tñ cadũt in speciẽ, seu capitulum legis Cornelie de fal. Et sic sepe de facto consului.

7 ¶ Item opp. dicitur hic, quod si aliquid falsum est totam orationem falsificat. Contra. Nam omne non verum, non est falsum. l. quid sit falsum. ff. de fal. Sol. Falsum accipitur tribus modis. Uno modo largissime, & sic accipiunt Logici, q̃ omne quod non est verũ est falsum. & isto modo accipitur hic. Secundo modo accipitur large & falsum est omnis immutatio veritatis facta scienter vnde omne mendacium potest dici falsum, & hoc modo accipitur in auth. de instr. can. & fide. circa prin. Tertio modo accipitur falsum proprie & stricte, quando tractatur de puniendo tanquam de crimine falsi, & tunc omne mendacium non dicitur falsum, sed illud dicitur falsum quod cadit in aliquod capitulum, vel in aliquã speciem legis Cornelie de fal. hic est text. ff. de fal. in d. l. quid sit falsum. quod tene menti, propter statuta que dicunt, q̃ potestas in falsitatibus habeat arbitrarium: vel si quis condemnatus fuerit de falso, non possit admitti vel habere officium, quia intelligitur de falso, proprie, & stricte, & de falso q̃ cadit i aliquod capitulũ legis Cornelie. Et sic restringitur falsum ad ea, que tñ cadũt in speciẽ, seu capitulum legis Cornelie de fal. Et sic sepe de facto consului.

¶ Uenio ad ver. proinde si quis, & opp. hic dicitur quod, quid nõ feci, equipollet ad nihil feci. Cõtra, † negatio postposita facit equipollere suo contrario, vt ff. de leg. tut. l. legitimos. §. an ergo. & l. Obligari. de auth. tu. sed, quid, & nihil, sunt contradictoria, non contraria, quare male. Sol. fateor, quod negatio postposita facit equipollere suo contrario, sed oratio particularis non habet contrariam. vnde quidam sic, & quidam non, non sunt directo contraria. vt supra dixi. Cum ergo non habeat contrariam, negatio postposita signo particulari, non habet equipollentiam, & sic reperies in tractatibus Logice. Sed opponitur quod hic videtur contra precedentia dicta in secunda cõceptione stipulationis, vt promisi penam si quid factum non erit. Nam ibi non equipollet ad nihil: quod patet q̃ si est aliquid obseruatum, & aliquid non committitur pena, & tamen non est verum nihil esse obseruatum. Sol. Dico, quod ex mente proferentium aliter, & aliter accipitur. Nam ibi precedit coniunctio copulatiua. Nam si quid eorũ factum nõ erit stat proprie, quia si aliquid particulatim sit factũ, committitur pena, in hoc ver. quis alium interrogat vt certificet & quis interrogans ex responsione non esset certus. Opp. vltimo ad istum §. & videtur, quod inter istas duas conceptiones stipulationũ non sit differentia. Solue vt hic per gl. Dy. & Ray. ¶ Ultimo inducitur in arg. de eo qui respõdet positionibus. quod hic ponunt Petr. & Rayn. in l. si vinus. §. si cum mihi decem. ff. de pac. j. de exceptio. rei iud. l. si quis cum totus. in prin. tene opinio. Pet. que probatur in hoc ver. si bene aduertisti.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Pro coniuncta. Tene menti perpetuo quod in statutis disiunctiua ponitur pro coniuncta, & q̃ dicto, autez, ponatur pro etiam, ex gl. & tex. in l. ij. & ibi Bal. C. de obse. pa. prestan.

* ALEX. ¶ Ut j. de fideiuss. l. vbicunque. Adde l. si cum dies. §. si quis ex legatoribus. ff. de arbit.

b ALEX. ¶ Stat proprie. Et de alternatiua vel. adde que no. Bar. post gl. in l. vbi pactum. in prin. C. de transactio. & per doc. in c. inter ceteras. de reseri. & ibi dicit sin. Aut quod vbi negatiua ponitur alternatiue puta, si Stichum, aut Pamphilum non dederis, dabis decem vt non committatur in decem, requiritur vtrunque dari.

c AND. BAR. ¶ Sexto op. & vide Bal. in l. quicunque. C. de ser. fugi. Bar. in l. vulgaris. ff. de furtis.

b AN D. BARB. ¶ Ut ergo. Et no. hic distinctionem copulatiue, & vide Bald. in l. si heredi plures. ff. de condi. instit. & in l. j. ff. de his qui no. infam. & in l. j. & in l. cui. ff. de fund. instr. & in l. si ancillas de leg. j. & in l. ea tamen adiectio. ff. de le. ij. Bar. in l. cum ita §. fi. de lega. ij. & in l. in repetendis. de lega. iij. & in l. j. in princi. ff. de iusti. & iur. per Bal. & gl. in l. j. ver. nam & reipublice. ff. sol. mat. & in l. j. C. qui adm. & in l. Balius. §. quidam recte. de libe. & postli. docto. in capitu. inter ceteras. de reser. Et de ista alternatiua vide Ludou. Ro. in consi. cxcj. & vide Ludouic. Ro. in consi. ccxxviij. & in consi. ccixix. quando in bulla ponuntur alternatiue aliqua. & in consil. cxxix. c. significanti. de appel. reci. Lardi. in cle. in plerisque de electio. & ibi Pet. & doc. in capitu. si forte. de elec. lib. vj Archidia. in capitu. secundo. de testib. lib. vj. Bar. in l. si Titio fundus. ff. de vsufru. le. Bal. in l. j. C. si quis al. vel sibi, & vide capitu. proposuisti. de probatio. vbi si dicit se non cognitam, nec potuisse cognosci, sufficit probare vnum duntaxat. tex. in capitu. ex parte. & de test.

c ALEX. ¶ Sic distingue. Adde Bar. & docto: in l. j. in prin. ff. de iusti. & iur. & adde que no. Bar. in l. Sele. §. Caio. de fun. instr. & vide de copula bonum tex. ibi, & no. in l. vlti. C. de sent. & quod ibi per doc. & maxime per Bal. in ver. copula, &c. & vide quod no. Bal. in l. si. in ver. item no. quod adhoc &c. C. de reg. iu. Et limita hic quod copula coniungit, nisi resultaret iniquus intellectus, vt in q. quando pater substituit hoc modo scilicet filios, & heredes, quia non semper requireretur vtrunque, iuxta no. pulchre per Bar. & doct. in l. Ballus. §. etiam si a parente. cum concordan. de libe. & postli. & vide que dixi supra proxi. §. & Bal. in l. j. C. de iure emphyteu. & in capitu. ex parte. el j. de rescript. & in capitu. ij. de prebend. Bartol. in l. ea tamen. de leg. iij. & plene Bald. in d. §. etiam si a parente.

f ALEX. ¶ L. si heredi. & in l. j. de his qui no. infa. adde Bar. in d. l. j. in fi. de infa. & sequitur Pet. de Anch. in cle. in plerisque. de ele. Et de materia dictionum copulatiuarum, vide Bal. in l. vnica. §. vbi autem. de cad. tol.

§. Si quis autem.

Continuatur ad precedentia res conceptiones stipulationum de quibus dubitatur, quero, a liquis stipulatur plura, & vult vnum fieri, qualiter debet concipi stipulatio vt sit clara? Responde, vt in textu, & materiam huius §. vide supra proxime.

* §. Item si pater.

b ALEX. ¶ Trib⁹ modis. An sufficiat sola sciẽtia, & no. ad l. iij. C. de noua. & de his omnibus, vide in Spe. de ces. ac. §. j. item ad d. l. iij. vide Bar. & doc. in l. ex asse. in prin. ff. e. & istis adde Bald. plene in l. j. ver. quinto quero. cum seq. de actio. & obli. & Bar. in d. l. nomen. & ibi Bald. sed quomodo debet fieri dicta denunciatio, vide Bartol. no. in l. j. in prin. in fi. q. de ope. no. nun.
c ALEX. ¶ Et eius periculo. Collige ex l. vẽditor. ff. de her. vel actio. ven. adde quod opi. Jac. de Are. sequitur Ro. consil. cij.
* CLAVD. DESEISS. ¶ C. de nouat. l. iij. Aliter illam legem intelligit Bal. in c. cumana. de elec. quod imo ibi erat ad vtilitatem vtriusque.
d ALEX. ¶ Quero. Vide qđ no. Bal. in l. j. in versic. quero quid si procurator. C. quando prouo. per Bar. in d. l. si cum emptore. de istis omnibus. in l. j. in versi. v. cum seq. de act. & obli. & in d. l. iij. de noua. tenet contra Bart. & vide etiam Bartol. ibi.
e POMA. ¶ Post factam cessionem. Vide Cu. consil. lij. Roma. consil. cij. vbi dicit & opi. Jac. de Are. est communis.
f ALEX. ¶ Quero vtrum. Quid si cedens liberat debitorem, an noceat cessionario? vide Bald. in rub. C. que in frau. cre. in prin. & de pacto, & confessione, vide per Cy. in l. seruum filij. §. j. de leg. j. & tenet & sic, pterquam in casibus positis in l. iij. C. de noua. ¶ Ad de late Pau. de cast. hic, qui dicit bar. confuse loqui. Et an debitor liberetur omisso cessionario soluendo cedenti, vide Bal. cons. ccciij. j. lib. Ange. consil. cclviij. Pau. de Cast. consil. lxxxiij.

§. Si quis maiorem. Pro eo quod indebite restituitur, respectu quote, non trãseunt actiones: secus si respectu rei certe hoc dicit.

§. Siberes ante. Quod pendẽte dilatione per hereditarium seruum acquiritur, in restitutionem non venit, sicut nec alij fructus iudicio testatoris percepti h. d.

§. Rescripto. Licet fideicommissarius pecuniam, quam debet dare, tardius soluat, ad vsuras non tenetur quia fructus recuperat. hoc dicit.

1 Conditio turpis quando de iure ciuili remittitur, tunc iure ciuili adiri potest hereditas, si de iure pretorio petitur bonorum possessio secundum tabul.
Casus, in quo etiã hodie requirit bonorũ possessio secundum tab.
2 Conditiones que, & quando heredi remittantur.
3 Protestatio tantum operatur, quantum si actus, super quo interponitur, vere intercessisset.
4 Additio hereditatis inducitur quãdo aliquis dicit, volo esse heres secus si dicat, volo adire.

§. Si sub conditione. Conditioni potestati-ue. honeste, facili, & trãsitorie, heres cogitur parere: inhoneste, difficilis, vel perpetua ei remittitur. h. d. Primo loquitur in instituto sub cõditione potestatiua, honesta, & facili. Secũdo in instituto sub cõditione turpi, inhonesta, & difficili. Secũda ibi, si vero turpis. Ista secunda subdiuiditur, qz primo ponit quid iuris sit de rigore. Secũdo, ponit quid iuris sit de equitate pretoria. Secunda ibi, si in danda. Item secũda subdiuiditur, qz primo loquit in conditione, que habet difficultatem, qz patrimonium diminuitur in dando. Secundo, in conditione turpi. Tertio, in cõditione, que habet difficultatem, qz est perpetua, non transitoria. Secunda ibi, & si in danda. Tertia ibi, si vero nominis. Ex qua diuisione apparet clarius ite §. In tex. ibi, visum est, dic, scilicet iniquũ de rigore, per rationem que sequitur. ¶ Opp. & videtur, & iste §. sibi cõtradicat. Ma primo dicit, & conditio turpis sibi nõ remittitur: in §. & si conditio, dicitur cotrarium. Sol. Primo loquitur de rigore, secũdo de equitate pretoria. Sed contra hoc opp. qz etiam de rigore iuris ciuilis conditio impossibilis remittit, vt ff. de cõd. instit. l. j. Solu. Quidã intelligunt omnes leges, que dicũt conditionem impossibilem remitti, scilicet de iure pretorio, & sic nunquam ex tali testamento poterit adiri hereditas: sed erit necesse deueniri ad bonorum possessionẽ secundũ tab. vt hic. † Ego aliter dico. Nam quedam sunt conditiones turpes, que de iure ciuili remittuntur. Quedam reputantur turpes solũ de iure pretorio, vt cõditio iurisiurandi, vt probatur ff. de cõd. inst. l. cõditiones. in prin. Li ij is que

a iure ciuili remittunt, poterit adiri hereditas de iure ciuili, i his que solū a ptore, erit necesse peti possessionē bonorum fm tab. hic est casus, z sic est vnus de casibus, in quib⁹ etiā hodie est necessaria bonorū possessio secm tab. vt ponunt doc. in l. certum. C. vn de legi. ¶ Opp, q cōditio difficilis nō remittatur, l. cum heres. §. j. de statu. lib. Difficultas enim nō excusat, l. cōtinuus. §. illud. de ver. obli. Sol. conditio difficilis nō remittitur ad commodum eius, cui est imposita, vt in contrario: sed ad cōmodum fideicommissarij sic, vt hic: qō est no. ¶ Oppo. q hic remittitur conditio etiam facilis, vt conditio de ferēdo nomine honesto, q fieri nō debet, vt hoc §. in princ. Respondeo, cōditio nominis ferendi dicitur habere difficultatem. pro eo qō est perpetua, non momentanea, vt ascēdere Capitoliū: ideo remittitur, nō in fauorem eius, cui est imposita, sed in fauorē tertij: vt possit peti bonorū possessio secundū tab. non adiri hereditas de iure ciuili, vt hic. Ratio istarū sol. est, q in cōditionibus potestatiuis, si aliquis impedit p aliū, conditio habet p impleta, l. iure ciuili. z l. in testamēto. §. de cōdi. z demō. sed hic, ppter factū heredis, cui cōditio erat imposita, videbatur impediri implementū conditionis ad damnum fideicōmissarij. vnde de equitate prętoris quantum ad fideicōmissarium conditio habetur pro impleta, nō quo ad ipsum heredem. ¶ Ex
2 predictis habes distinguere, aut cōditio apposita heredi est casualis, aut potestatiua. Si casualis, dicit i l. 3 z si alio. §. eo. Si potestatiua, rūc aut turpis, aut honesta. Si turpis remittitur, si honesta, aut facilis. aut difficilis. Si facilis, z tūc aut est momentanea, z cogit eā implere. vt ascendere Capitolium, vt hic, in prin. Si perpetua, vt ferre nomē honestū, z illa remittitur, si eā implere nō vult, vt hoc §. in fi. Si vero est difficilis, aut difficultas consistit in dando, z tunc cōtra difficultatem succurritur, q. fideicommissarius cogitur dare, vt hoc §. versū, si in danda. Si in faciēdo, z illa remittitur ad cōmodum fideicōmissarij, vt hic, nō heredis, vt dictū est. ¶ Quero, quid vult dicere tex. ver. q sit cōditio, ibi, iubē dus est, ꝛc. Rūdeo, dicit gl. quod alterum de duobus cogitur heres facere: vel protestari, q quātum in se est vult esse heres: vel habet petere bonorū possessionem secūdum tab. Et sic nota tex. primo, q tantum valet protestatio, quātum operaretur, si vere interc essisset ille actus super quo interponit. vt C. de his qui per me. iudic. non app. l. fi. de ope. no. nun. l. de pupillo. §. si quis ipsi prętori. Ita dicit Old. Et est ratio in l. 3. alle. q. cum per protestatio
4 nem non stet, lex supplet. Item nota tex. hac eadē gl. q si quis dicat, volo heres esse, iducitur aditio: secus si dicat, volo adire, arg. eius qō no. in l. serui electione. §. de leg. j. z de acqui. her. l. gerit. videtur q alius sit intellectus huius tex. dicit, q prętor conditionem remittit: z alterū de duob⁹ faciat prętor, vel q faciat edictū speciale per qō transferat actiones in fideicommissarium, vel q iubeat heredem petere bonorū possessionem secundum tab. ex edicto generali. z hereditatem restituere ex Trebelliano. Similis modus. q lex permittat iudici facere edictum speciale habetur in
5 l. si finita. §. eleganter. de damn. infe. ¶ Ultimo, nota, tq nomen Accursus, est honestum nomen, quia accurrit, z succurrit contra tenebras iuris, quia gentes consueuerunt, ꝛc. vt in gloss.

§. Si cum suspecta.

Si heres adiit coact⁹, fideicommissarius detrahit Falcidiam de relictis ab herede, non de relictis a se. hoc dicit D. c plene, vt §. eo. l. j. §. denique.

§. Si Titius.

Quatenus defalcatur a primo fideicommissario, eatenus defalcat ipse a suo legatario. hoc dicit. Circa materiam glo. distinguit hic z plenius in l. Plautius. de condi. z demon. vt ibi dixi.

§. Julianus.

a Fideicommissarius prefertur substituto vulgariter. h. d. secundum primam lect. que est magis notabilis, alie lec. sunt clare. Oppo. §. e. l. si patroni. §. fi. secundum primam lect. dic vt ibi.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Julianus. Vide Barto. in l. j. de vulg. z pup. in iij. q. prin. in vers. item dubitatur quid si ille.

1 ☞ Statutum quod testamentum insinuetur intra tres menses alias non valeat, non preiudicat fideicommissario.

§. Si quis bonorum.

Si istitutus pass⁹ est labi tēpus agnoscendi bonorū possessionis. fideicōmissario succurritur, vt restituat. z
1 agnoscere cogat. h. d. Nota casum quotidianum in hac ciuitate Perusij, vbi est statutū qō si qs nō insinuauerit testamētum intra tres mēses, nō valeat, q hoc fideicōmissario non noceat, imo
2 ad eius petitionē tēpus restituetur a z cogetur adire z restituere.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Tempus restituetur. Nota bene, z bene facit in simili, casus cum ibi not. in l. fi. §. de rebus eo. Istud tenet hic Angel. sed Imol. istud multum restringit quando fideicōmissarius fuisset impeditus insinuare, vel non, z sequitur hoc Bal. in l. j. circa princi. C. qui. res iudi. non noc. licet non alle. Bart. hic, nec istum tex, z vide pulchras q. Bal. in materia in l. ij. C. de iure do. sed an insinuatio facta per vnum, prosit alteri, vide bar. per illum tex. in simili in l. fi. §. simili. C. de iur. deli. Et istis adde que no. Bartol. in simili in l. si res. in fi. §. quib. mo. pig. vel hypo. fol. z adde no. Bal. in l. consulta. in vlti. questio. C. de test. per Bartol. in l. is potest. ibi per Roma §. de acquir. hered.

§. Admonendi.

Ad petitionem vnius serui fideicommissarij cogitur institutus adire, z restituere hereditatem, etiam que soluendo non erat. h. d.

LEX LXIIII.

Si eius.

Naturales obligationes totaliter transeunt in fideicommissarium, ideo respectu heredis totaliter dicitur indebitum. h. d. Opp. videtur q post restitutionem apud heredē remanere directe, l. j. §. j. §. eo. Soluit. gl. q illud verum est, quando erat obligatio ciuilis z naturalis: secus si naturalis tantum, tunc enim nihil remanet apud heredem, quia naturalis non diuiditur in directam z vtilem, licet contrarium no. in l. si alienus. §. de lega. ij. sed hec verior, quod est nota. Opp. C. si aduer. solu. l. ij. §. de condict. inde l. interdum. Gloss. intrat hic opi. quas plene examina, vide ri in d. l. interdum. de condic. indebi.

§. Sinecessarij.

Etiam necessarij heredes cogūtur parere conditioni, z adire, z restituere. hoc dicit.

§. Siquis.

Heres heredis decedentis ante vltimationem cogitur restituere, z quatenus res extant, z transibunt actiones. h. d.

§. Si patronus.

Patronus potest grauare libertos liberti, etiam in dei portione. hoc dicit.

LEX. LXV.

1 ☞ Ratio que fit q in restitutione Trebelliani non requiritur consensus serui, z in hereditatis aditione z bono. pos. sic.

Seruo.

Hereditatis restitutio fit seruo domino volente, vel ratum habente, vel etiā ipsi domino, licet in hereditate debeat precedere iussus. z sequi aditio serui, z in bonorum possessione seruj voluntas requiratur. h. d. Que est ratio q in hereditatis aditione requiritur q precedat iussus, in bonorum possessione z Trebel. restitutione secus? Respondeo, quia aditio obligat quem, sicut votum, qui modus obligandi non cadit in eum, qui est in alterius potestate, l. si quis rē. §. voto. j. de polli. que ratio cessat in Trebel. restitutione, z bonorū possessione, vt plene dixi in l. qui in alie
1 na. in prin. de acquir. hered. ¶ Quero † que est ratio, q in Trebel. restitutione non requiritur consensus serui, in hereditatis aditione z bonorum possessione sic? Respondeo, iura querendi nō queruntur nobis p eos, qui sunt in nostra potestate, leā iura quę si a prosequēdi, z actiones, fic. l. prętia rerum. §. j. §. ad legem Falcid. sed posse adire hereditatem, vel posse petere bonorū possessionem non est ius quesitum, sed est ius querendi: z petere restitutionē est ius persequendi iam quesitum: est enim nobis quesita actio ex testamento, ad hoc, vt plene dixi in l. is potest. de acqui. here.

§. Si testator.

Heres rogatus restituere sub conditione, que remittitur. vel que per
1 cautionem Mutianam impletur, cogitur adire z restituere. h.

☞ Sententia lata a iudice per gratiam, quando retractatur per beneficium restitutionis in integrum.

§. Cum prętor.

Sententie licet iniuste parēt. est propter eius authoritatē. h. d. Opp. §. de iurisdi. om. iu. l. si per errorem. Sol. Ibi fuit error in iure dictione, hic in iure, vel facto. Ad hoc opp. C. quando prouo. non est ne. l. ij. z l. qui testamento. de excusa. tut. Sol. Ibi fuit expressus error in sententia, hic non. Opp. q tex. sibi contradicat: dicit enim, causa cognita, z per errorem. Solue vt in gl. Opp. C. quādo prouo. non est ne. l. venales. Sol. ibi sententia fuit data prętio. hic per errorem, vel precibus. Opp. §. de iud. l. si prętor. §. Marcellus. Sl. dicit, fateor q quando sentētia gratiose fertur. potest pe
1 ti restitutio in integ. quod no. Sed taduerte, quia tunc hoc est verum, quando falsę probationes fuerunt producte quo casu distinguitur vtrum sententia fuerit lata in presentem, vel in absentem, a vt d. §. Marcellus. vt plene dixi in l. diuus. de re iudi. z l. si quis obtempserit. de fallis. Sed si nullis, falsis vel probationib⁹ productis, vel si is de per gratiam daret sentēriam iniquam, tūc
b non daretur restitutio, quia potuit b appellare, z iudex errore corrigere, l. j. j. de appell. z sic non potest ignorantiam pretendere. q illa non est iusta causa dandi restitutionem. Est enim lata culpa, vt no. in l. liberorum. §. notatur. de his qui no. infa. z restitutio nō datur, nisi ex iusta causa. vt §. ex quib. cau. maio. l. j. in prin.

ADDI

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Vel in absentem. Idem dixit Bar. in l. j. C. de sen. adu. fi. la. li. z. per Jmo. plene in l. diuus. de re iud. Quid autem in sententia lata metu. an sit nulla ipso iure. ecclesie no. Bal. in l. decernimus. C. de sac. sanc. ecc. ad fi. z l. j. p illā gl. C. de sen. ex breui. reci.

b ALEX. ¶Quia potuit. Idē tenet bar. in d. l. diuus. in j. col. de re iud. sed Ly. z bal. in l. j. C. de cōdi. inde. tenet cōtra opi. bar. q̄ li vel potuerit appellare, tamē dē restitutio, z vide bar. in l. si is ad quem. de re. iu. z bal. in l. j. in j. col. C. quō z quādo iuder. z dicit q̄ quando sua fuit lata dolo, vel lata culpa. que potest perpendi ex actione, q̄ non solū potest appellari, sed etiā restitutio in integrū peti. z de h. d. esse hic gl. que non est alibi, quā vt dicit ipse, sequitur Bul. z Ly. in l. pe. de iureiu. videque no. bal. ad intellectū istorum in l. sub specie. C. de re iu. z adde Bal. in l. j. C. si ex fal. instru. z in d. l. venales. z habes ibi. q̄ si est lata per latā, culpā, vel per imicitias capitales, q̄ datur restitutio, z licet Bart. hic velit q̄ qñ iudex per gratiā pnunciauit non restituitur iesus, dic q̄ fallit in fisco. Bl. est, quā ita itelligit bar. in l. j. C. de sen. aduer. fisc. la. li. r.

§. Si pupillo. Pupillo cum authoritate tutoris vel soli tutori, si est infans, potest restitui hereditas. z mutus nihil intelligens infanti equiparatur. h. d. Hora q̄ infanti queritur hereditas per tutorem. Not. etiam,

a q̄ mutus nihil intelligens, equiparatur infanti. [a]De quo videbitis. j. de bon. pos. infan. dela. l. j. z ij.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Equiparatur infanti. Vide Barto. in l. j. in prin. ff. de ver. oblig. z alle. Bal. in l. j. C. de sac. san. eccle. vbi aliter intelligit. Adde q̄ Pau. de Last. hic intelligit de pupillo ser annorum, z q̄ in infante duorum annorum non potest procedere.

§. Si singule. Qui ad petitionem fideicōmissarij alīs res singulas restituit, hereditatem restituere videtur. h. d. Opp. procuratori in rem suā non potest restitui hereditas, vt ff. de iur. dot. l. si mulier. §. ex asse. Dyn. dicit, solue, vt j. l. prori. §. j. sed ibi mihi de hoc dicitur. Alij dicūt intelligē hic precessisse restitutionem verbalem: q̄s licet sit verū in se, tamen non est de mente literę: que dicit q̄ per hāc traditionē intelligitur restituta hereditas. Dic ergo, q̄ hic res iste fuerūt tradite me presente. vnde mihi restituere videtur. de acquir. pos. l. quod meo. §. si vēditorem. Vel verius, ex eo q̄s iussu meo paruit heres, videtur heres statim restituere mihi fideicommissario hereditatem, tradendo illas res, nec videtur facta restitutio procuratori in rem suam, cui tradite sunt res singulares, imo directo videtur facta restitutio mihi fideicommissario. Facit ff. eo. l. restituta.

LEX LXVI.

Quisita. Aditio coacta implet conditionem. hoc dicit.

c ¶Procurator, qui habet mandatum, si non constat de mandato, cauet de rato.

2 Procuratori potest fieri restitutio fideicommissi.

4 Ususfructus queritur mihi per procuratorem directo.

a **§. Etiam.** [a]Heres non cogitur adire ad petitionē procuratoris, de cui[b] mādato dubitatur: sed si spōte adiuit, cogit restituere. h. d. secūdum secūdam diuisionem gloss.

1 ¶Opp. †qui habet mādatum nō cauet de rato, l. nō soluz. §. qui alieno. ff. de procu. Soluūt quidā, q̄ hic est casus specialis, in quo cauet, etiā si constet de mādato. Simile in l. de pupillo. §. qui. procuratorio. de ope. no. nun. Alij q̄ hic cauet de rato. si nō cōstet de mā

b dato. Et hoc tenu. [b]in d. §. qui. procuratorio. ¶Opp †q procurato

2 ri non possit restitui, vt ff. de iure do. l. si mulier. §. ex asse. Sol. Hic in procuratore simplici, vbi in procuratore in rem suā. Simile gl. habes in Lapūd Julianū. §. vtrum. ff. eo. z l. restituta. in glo. super verbo, tua voluntate. z l. quamuis. in fi. ff. eo. Ratio apparet in tex. in d. §. ex asse. q̄ non fit restitutio secūdum q̄s testator disponit, vel secundū verba senatusconsulti, que loquūtur quando restitutio fit fideicōmissario. Opp. ff. de acqui. here. l. per procuratorem, alias incipit Paulus. Bl. soluit, z bene. Opp. per liberā personā non queritur nobis actio, vt C. per quas perso. nobis acquir. l. j. z l. possessio. §. z si possessio de acquir. pos. ergo procuratori restitui nō potest, q̄ per eum dominio nō queritur. Sol. Hic speciale, vt ipsi domino directo queratur: hoc est q̄ non potest primo queri procuratori, z de persona procuratoris acquiri domino, seu transire in dominum. vide gl. z no. diligenter. * ¶Ho. ergo †q si procu

* rator stipulatur pro me vsumfructum, non queritur si di, nec per

3 cum cedit mihi, q̄ ius vsusfructus cedi, nō potest, sed domino

c queritur directo. Et idem in omnibus q̄ procuratori acquiri non possunt: quod intellige secundum quod dixi supra.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Etiam. Ad intellectum huius §. adde quod not. dicit. Bar. in l. filius familias. §. de dona. vbi voluit q̄ in casu huius §. requiratur speciale mandatum propter grauitatem preiudicij quod no. vide tamen quod ibi dixi.

b ALEX. ¶Hoc tenui. vide Bartol. in l. si stipulatus fuerim illud. infi. de verbo. oli.

* CLAVD. DESEISS. ¶No. diligenter. Adde eundē Bart. in l. qui bona. §. si alieno. j. de dam. infec.

c ALEX. ¶Idem in omnibus. Idem tenet Bar. in l. qui bona. §. si alieno. j. de dam. infect.

a **§. Si damnum.** [a]Actiones que non fuerunt in bonis tempore mortis defuncti, per Trebel. non transeunt. hoc dicit. De hoc dicam in l. si heres pecuniam. §. eo. quod tene menti.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Si damnum. Et adde q̄ in liberatorijs semper transit in dominum, saltem vtilis, etiam sine cessione, licet in obligatione secus. tex. est not. in l. rescriptum. §. fina. z ibi no. de pactis.

§. Si legatus. Exceptio coherēs persone heredis, non transit in fideicommissarium.

§. An vbi. Fideicommissarius conuenitur vbi habet domicilium, vel vbi est maior pars hereditatis. hoc dicit.

LEX LXVII.

1 Filio non licet se immiscere causa fraudandorū creditorum. Hereditatem adire, qui cogitur, cogitur pati actionem.

2 Interdictum fraudatorium quid sit.

§. Si postulante. Qui cogitur hereditatem adire, cogitur actiones hereditarias pati. Item per aditionē factam a suo vel extraneo quis incidit in interdictum fraudatorium. h. d. Jn glo. super ver. vēditis. in fi. Dic, z hoc cum filius adiuit, quo casu loqui

1 tur iste ver. q̄. bonis, ꝛc. vsq̄ ad fi. ¶No. q̄ †ficut extraneo, ita filio suo, non licet se immiscere causa fraudandorum creditorum. ¶No. q̄ qui cogitur hereditatem adire, cogitur actionem pati. ¶Opp. ff. eo. l. posfrualē. in prin. Sol. vtrunq; remedium potest

2 habere locum, z istud, z illud. ¶Quero †quid sit istud interdictū fraudatorum? Bl. dicit q̄ de hoc fit mentio hic, z in l. pupilli debitor. in princi. ff. de sol. De hoc etiam fit mentio per Joa. in arbore ac. Fecit enim huic interdicto cellulam per se. facit etiā mentionem gl. in l. j. super verb. iubebit. C. si vend. pign. aga. Dic, q̄ illud interdictum, de quo hic fit mētio, est idem q̄ edictum de his que in fraudem creditorum. Loquitur enim quando debitores fraudant creditores circa res suas quesitas, vel querendas: sed illud interdictum fraudatorium, de quo fit mentio in l. pupilli, est interdictum per se. Loquitur enim quando debitores committunt fraudem circa res alienas, vt ibi dixi.

a **§. Si donationis.** [a]Non potest per heredem restitui fideicōmissario plus quam possit a defuncto capere. h. d. Ratio dubitandi erat quia fideicommissarius videtur habere ab herede, non a defuncto. Et sic videbatur totum posse capere, quod remouet hec lex.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Si donationis. Singularis est iste text. secūdum. bal. in l. eam quam. C. de fideicom.

LEX LXVIII.

1 Fideicommissarius habetur loco heredis.

§. Si heres. Fideicommissum vniuersale valet, hereditate existente nō soluendo: secus

1 in fideicommisso singulari. h. d. ¶†Not. tex. ibi, heredis vice fungi, q̄ fideicommissarius habetur loco heredis. Facit ff. eo. l. postulante. §. fi. z l. si filius. §. quod cum eo. Scias tamen, quod etiam quando bona non sunt, soluendo, heres hodie si non faceret inuentarium, cogetur complere legata, per authen. sed cum testator. C. ad leg. Falc. quod intellige vt dixi in l. in ratione. §. q̄s vulgo. supra ad leg. Falcidiam.

§. Sirotam. Qui in restituendo quartam non detrahit, nō presumitur errasse, nisi probetur h. d. ¶Opp. C. ad leg. Fal. l. erroz. Sol. hec debet intelligi secundum illam, scilicet, q̄ repetitur probato erroze facti. Oppo. q̄ erroz presumatur, vt ff. de proba. l. cum de indebito. §. j. z ibi no. z C. de iuris z facti igno. l. si post diuisionem. Bl. hic nihil dicit. Dico, q̄ erroz facti, qui hic requiritur, non potest cadere, nisi presupponatur aliqua scientia, seu aliqua credulitas, vt quia credebat hereditatem non soluendo, ideo nō putabat esse locū dedu ctiōi quarte: z sic cum ad istā ignorantiā deductionis quarte, requiratur positio alicuius facti, illud non presumitur, nisi probetur, ita loquitur hic: sed contrarium loquitur quando ex sola simplici ignorantia inducebatur erroz, que ignorantia presumitur.

LEX LXIX.

De euictione. Heres institutus non cauet de euictione,sed sibi cauetur a fideicommissario,h.d.Dic vt dicã ĩ.eo.l.heres percepto.

LEX LXX.

1 ☞Utilis z directa,an possit competere vni z eidem.

Iheres. In eum,qui habet directas,nõ transeunt vtiles.h.d. Quid ergo importat restitutio facta heredi? Respondeo, quod obstaculum exceptionis competentis cõtra heredem per Trebellianum tollatur. Item vtilis,que erat apud fideicõmissarium, extinguitur. Ita tenẽt docto.C.ex qui cau.ma.l.fi.Facit quod no.per Dy.Instit.de actio.ſ.rursus. Ex predictis habes†quod vtilis actio z
1 directa non potest competere vni z eidem:a sed contra,ĩ.de sol.l.si
a duo,z quod no.ff.de procu.l.non solum,in pain. vbi distinguitur, an procurator in rem suam intentet vtilem,vel directam.Sol. Utilis z directa non possunt competere eidem per se,z suo nomine, vt hic.Et ratio,qz vtilis datur ex equitate,l.j.de act.z ob.z ibi no ta.que equitas cessat in eo qui habet directas:sed bene põt quis habere vtiles suo nomine directas nomine alieno,vt in cõtrario.

ADDITIO.

a ALEX.☜Et eidem. Quis non potest habere vtiles, z directas suo nomine,z ideo facit quid iuris si cedens successit cessionario, vel econtra,an extinguatur vtilis,vel directa:de quo vide Bald. in l.j C.de act.z ob.in viij.z x.questio.

ℌ.Si heres. Pro damno dato ab herede ante restitutionem tenetur actione ex testamento,post restitutionem actione legis Aquilie,hoc dicit.

ℌ.Si temporalis. Negligentia heredis nocet fideicõmissario.h.d. ☜Op. ff.eo.l.facta.ſ.penul. Sol.ibi fuit heres negligens in acquirendo hereditatem:hic circa acquisitionem singularem.

LEX LXXI.

Omnes. Heres non obstante tempore ad deliberandum cogitur statim adire:sed ex effectu deliberationis apparebit,an possit deducere quartã.
1 hoc dicit. ☜†Not.quod post tempus datum ad deliberandum, ista verba puto mihi expedire,z similia, inducũt additionem. Ad idem ff.eod.l.sed z si alio,in principi.Secus si tempus ad deliberan
a dum non precessisset,vt dixi plene[a] in l.gerit.ff.de acqui.here.

ADDITIO.

a ALEX.☜Ut dixi plene. Bald.in l.fin.ſ.cum igitur,de iure deli.dicit,q iste tex.non probat hoc.

LEX LXXII.

Heres. Si heredi restituẽti,fundꝰ retẽtus euincatur,actio ei de euictione dat.h.d. Op. ff.de lega.ij.l.cũ pater.ſ.euictis. Dicit gl. q hic habetur loco quarte,que est onerosa saltẽ pro parte:ibi quando est simplex legatũ. Nota hãc sol.q illud q̃d.citur in ſ.euictis non habet locum quãdo perceptiones habent onus. Quod licet forte sit verum in se,tamen quãtum ad propositum non procedit sol.qz quando heres percipit certã rẽ,in nulla parte sentit onus, l.j.ſ.si heres,z no.in l.j.ſ.fi.ff.eo. Unde alij d.cũt, q hic loquit in fideicõmissario,qui sentit cõmodum ab herede:ibi in herede,qui commodũ non habet a legatario. Tu dic,q hic loquitur in herede,cui quarta est delata ex dispositione legis,non defuncti: vnde euicto fundo,qui loco quarte dabatur,sibi succurritur.Cõtrariũ loquitur in eo qui habet exceptionem tãtum ex dispositione de
a functi,Oppo.de l. cum alienam rem.C.de lega.Solue vt in glos.[a]

ADDITIO.

a ALEX,☜Sol.vt in glo. Quam etiam sequitur hic Roma.

LEX LXXIII.

1 ☞Cessione an facta contra principalem,videatur facta contra fideiussorem.

Iheres. Actiones, que cõpetunt heredi,ex sua prouisione,nõ trãsferuntur, facta restitutione per Trebellianũ. sed nouã cessionem oportet.h.d. Oppo.ff.de peti.heredi.l.item veniunt.in prin.z j.Sol. Dicit gl.intelligo,hãc secundum illã vt distinguatur,an fenerauit nomine proprio,an hereditario. Hoc nõ placet. Iste enim actiones non transeunt,qz non fuerunt in hereditate tempore mortis.etiam si nomine hereditario cõtrapisset,vt patet hic in secũdo respon,z ff.eo.l.qui ita,ſ.si damnum. Nõ obstat lex cõtraria,qz aliter assumitur hereditas hic:aliter in tit.de pet.here. Nã ibi inspicitur quatis est hereditas tẽpore quo restituitur, ideo a fructibus hereditas augetur:sed hic inspicit hereditas,qualis est tempore mortis.d.ſ.si dãnum.ideo a fructibus hereditas
a non augetur.[a] vt ff.eo.l.in fideicommissaria. Vel dic,q verum est inquantum q̃ actiones non transeunt per Trebellianum. Sed an sint cedende fideicommissario,vel nõ,debet adhiberi dicta distinctio,an cõtraxerit nomine proprio,an hereditario:z sic loquitur ista gl. ☜Opp.ĩ.de fideiuss.l.heres. Bl.dat multas solu.tenet primam.quod actiones transeunt cessione facta,nõ ipso iure,vt hic.
☜Opp.de cõstitu.pecu.l.si post.Soluit gl.optime,sed tenet,q ibi
b trãseunt facta cessione.[b] Opp.de pactis.l.si tibi.ſ.cum possessor. Blo.hic z ibi ponit multas solu. Illa vero,quod ibi loquitur in possessore,qui nullũ ius habet in hereditate: hic in eo, qui verus erat heres,z habet ius,licet alteri restituere teneretur,vt ibi dixi
1 ☜†Quero,vtrũ facta cessione cõtra principalem,videatur facta cessio cõtra fideiussorẽ,z pignora,ipso iure? Text.hic videtur q non. Ad idẽ infra de fideiuſ.l.heres a debitore,in prin.z ff.de heres.vel act.ven.l.emptori. In contrariũ,C.de act.z obligat.l.fi in solutum.z l.seq.z d.l.emptori.qõ tenet Azo in summa. C. de here. ven.circa fi. Respõ.regulariter facta cessione cõtra principalem
* transeunt actiones cõtra fideiussores,z pignora,* vt dictis legi bus.Fallit hic,z in d.l.heres.ĩ.de fideiussoribus.Ratio,qz hic loquitur de trãslatione actionũ, que fit per Trebellianũ sed Trebel.nõ extẽditur ad actiones etiã accessorias post mortem defuncti quesitas. Similiter fallit in l.emptori.C.de here. vendi.qz ibi heres vẽdidit hereditatẽ,in qua non cõtinentur actiones prout
c b[a] reis,videat facta cõtra aliũ? Dic vt ff.l.qui duos,supra de leg.ij.

ADDITIONES.

a ALEX. ☜Non augetur. Adde tamẽ q ius excipiẽdi,hoc erat ibit sine cessione,ter.est no.in l.sicut.ſ.j ff.quib.mo.pig.vel hypo. sol.z no.hic Imo.in ff.post glos.licet predictum text.non allegr
b ALEX. ☜Facta cessione. Utrum cessio facta contra principalem extendatur ipso iure cõtra fideiussores, z pignora,z sic ad sa principali,videatur cessa hypotheca.bene facit ad no.per Bal. in l.fideiussor obligari.de fideiusso.z no.in l.heres.in prime.de fideiusso.hic alleg.z dixi in d.l.si fideiussor per Bald.in l.j.ver.quem testator legauit mihi centum.adde quod no.per Jaco.de Bre. Bald.z Imo.in l.dotalem cum sequen.sol.matri.
* CLAV. DE SEISS. ☜Fideiussores z pignora.Bal.in Lucas oportet.ſ.fi.C.de bo.que liber.alle.gl.hic.pro singulari.
c ALEX. ☜Dic vt,z.Et vide Bartol.in l.non quocunq;ſ.qui Caium.de lega.j.

LEX LXXIIII.

a **Ei filium.** [a]Qui iubet aliquem nõ facere testamentum,videtur rogare de reditate restituenda heredibus venientibus ab intesta to.hoc dicit.Tene menti istum casum,quia pulcher est.

ADDITIO.

a ALEX.☜Qui filium.Et facit gl.no.z ibi Bar.in l.Lucius,la ff. de heredi.instit.

1 ☞Annus ceptus fauore filij habetur pro completo.
2 Bianatus de restituendo cum filius decesserit,tenetur restituere,etiam si decedit cum filijs.
3 Arguere de verbis legis ad verba testatoris licet.

1 **ℌ.Sabinus.** †Fauore filij annus ceptꝰ habet pro cõpleto.h.d.Opp.de condi.z demon. non putabã.Solu.Fallit hic fauore filij,quod dic plene vt dixi de lega.j.l.ſi cui.Opp.quando filius grauat restituere post tem,intelligitur si decesserit sine liberis,vt ff.de condi.z demonstra. aunus.z l.cũ acutissimus.C.de fideicõ. Sed hic iste filius decessit cum liberis,ergo nõ debet restitui fideicõmissum honorate.Ho pon.quãdo filius grauatur restituere post mortem,z testator
2 si decesserit sine liberis,vt in cõtrario:secus†si aliquis grauatur de restituendo.cum filius decesserit, tunc enim non inest illa con
3 ditio,vt hic:quod tene menti.Dixi in l.cum anus. ☜Ultimo nota quomodo arguitur de verbis ad verba testatoris.Simile ff. si fuerit ita,ĩ.de ma.te.z C.de verbo.signifi.l.cum quidam.

LEX LXXV.

Pistolam. Defectus cause de futuro facit legatum,de ficere.h.d.Et glos. hic ponit casum. Opp.falsa causa non vitiat legatum.vt ff. de condi.z demon.l.cum tale.ſ.falsam. Solu.hic fideicommissum erat magnum,ideo presumitur q non reliquisset,si falsam causam sciuisset, secundum quosdam. Tu dic,q ibi loquitur in causa de preterito.hic in causa de futuro.que nõ est proprie causa.sed magis ratio,que adeo adheret legato quod si est falsa,perimit legatum.[a] vt ff.de lega.ij.l.cum pater.ſ. dulcissimis. Posset etiã dici, quod cũ ista sit causa de futuro,dicatur cõditio. Facit ff.de lega.j. l.Stichũ.qui meus erit.z ff.de leg.ij.l.Imperator. Quero,inquãtum tenet Cornelius? Bl.dicit,ad duas vncias? sed Jac.de Bre. dicit,q cũ portio Sempronij restituti ad ipsum restitutum pertinet,z etiam med.etas portionis matris, Cornelꝰ debet
relevari

releuari in tribus vncijs, l. cum pater. §. cum existimaret. ff. de le. ij. Hoc innuit iste text. dum dicit, pro rata.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Perimit legatum. Bar. hic refert, & sequitur. Rom' in consi. incl. omnipotentis Dei, &c. in presenti consultatione eo quia mihi dubitatissima est, in secundo dubio.

§. Vulier. ei, a quo accepit, est intelligendū post mortem suam, h. d. Oppo. ff. eo. l. vbi pure. Sol. Vbi. cui debebat fieri restitutio, erat in potestate alterius, ideo subintelligitur tempus sui iuris: hic erat sui iuris. ¶ Oppo. si dies non apponitur, fideicommissum est purum, vt ff. de condi. & demon. l. j. Solu. hic subintelligitur cōpus mortis, quia alias oīno fideicōmissum esset nullum. si illud qō a te recipio, incōtinēti tibi deberem reddere. l. qui sic. ff. de solu. Sed si aliud tempus esset limitatū, illi standum esset, vt ff. eod. l. si heres institutus. & ad l. Falci. l. fi. a me, & sic intelleri l. cum filio. ff. de lega. j. vt ibi dixi.

LEX LXVI.

1 ☞ Substitutio directa facta in codicillis trahitur ad fideicōmissum, etiam si fratres sint in medio.
2 Verba directa quando trahantur ad fideicommissum.
3 Tacita substitutio que venit ex interpretatione, quando admittatur contra matrem vel fratrem defuncti.
4 Vulgaris tacita, que continetur in expressa pupillari, non valet vltra tempora pubertatis.

a Scevola respondit. a† Substitu-
1 tio directa facta in codicillis trahit ad fidei. etiā si sunt fratres in medio. h. d. ¶ Oppo. verba directa nō trahūtur ad fideicōmissum, l. Centurio. & l. verbis. ff. de vulga. & pupilla. Solu.
2 Vbi† quando ab initio possunt iure directo valere: sed si non possunt vel ratione voluntatis, quia in codicillis: vel ratione persone, cui non poterit directo substitui, tunc trahuntur ad fideicom-
b missum, b vt hic, & no. in d. l. verbis ciuilibus. Jac. de Are. dicit. q nunquam directa trahuntur ad fideicommissum, vt in cōtrarijs. Non obstat hec lex, quia fuit hic verbū substituto, quod est commune: ideo trahitur ad fideicommissum, l. cum quis §. Seiam. ff. de lega. ij. Puto gl. verum dicere, & hic est text. expressus pro ea, ponit enim q substitutio de rigore iuris non valeret, quia directa: sed ex benignitate trahitur ad fideicōmissum: sed secūdum eum esset de rigore. Pro hoc ff. eod. l. ex facto. in prin. & l. filius. §. vt quis. ff. de leg. j. & per Ly. in l. precibus. C. de impub. & aliās substitu. & ibi tangit hanc opi. Jac. de Are. ¶ Oppo. quando mater
3 † est in medio, tacita substitutio que venit ex interpretatione, nō admittitur contra eam. d. l. precibus. & l. fin. C. de' inffi. & substi. eodem modo non trahitur contra fratrē filij defuncti, vt tenet Bul. in d. l. precibus. & ego dixi in l. ij. ff. de vul. & pupil. sed hic frater erat in medio, ergo, &c. Sol. Quando substitutio facta a testatore valet in vnum casum, non porrigitur ad alium ex legis interpretatione fauore matris, vel fratris, vt in contrarijs: sed quādo substitutio esset alias omnino nulla, tunc admittitur interpretatio, & valet eo modo quo valere potest, etiam si mater vel frater fuerit
c in medio, & ex hoc ledantur, vt hic. ¶ Quero, quanto tempore valet illud fideicommissum? Dyn. no. dicit, q vsq; ad tempora pubertatis durat, postea euanescit, l. si Titio. §. fin. cum l. seq. ff. de le-
4 ga. j. & ibi dixi. Et per hoc Doc. † dicunt, q tacita vulgaris, que continetur in expresse pupillari, non valet vltra tempora pubertatis, l. qui habebat, de vulga. & pupillari substi. de hoc per doct. in d. l. precibus. dixi in l. j. ff. de vulga. & pupil. dic vt ibi. ¶ Venio ad ver. q si inuicem, quero, de eius intellectu? Hi. ponit q plures substituti pupillo fuerūt inuicem substituti, que substitutio, videtur facta in eo quod substituti percipient iure fideicommissi, & vno substitutorum mortuo, alijs debetur totum. Vel potes ponere, q duo fratres, de quibus diximus, fuerāt inuicem substituti, & vltimo decedens fuit rogatus restituere alteri. Nam non solum in eo quod habuit iure institutionis, sed etiam in eo q habuit iure fideicommissi a primo decedente, videtur grauatus de restituē-
5 do. Et videtur† casus illius quest. quā feci in l. Marcellus. §. qui dam. ff. eod. quando quis est simul eodem tempore honoratus & grauatus: an illud qō iure fideicommissi percipitur, vemat in fideicommissum? Pro hoc facit ff. eo. l. heredes mei. §. cum ita. licet ibi fuerint verba specialia. Facit l. Lucius. §. tres heredes. ff. eo. licet ibi fuerint verba generalia. Pro hoc l. si Titius. ff. de leg. ij.
b sumpto argumento a contrario sensu. Hoc probatur ratione. Certum est quod ordo intellectus attenditur magis quam ordo scripture. l. cum pater. §. fidei tue. ff. de lega. ij. & l. non enim. de solu. & ibi per Dyn. Unde pone, instituit quis tres filios, & rogauit vt si quis eorum decesserit sine liberis, deueniat de vno in alium: certe ordine scripture attento, simul & eisdē verbis quislibet est grauat' & honoratus. Nam in eo quod alij grauantur de restituendo sibi, est honoratus: in eo quod ipse grauatur de restituendo alijs est grauatus: tamen in ordine intellectus primus honoratur, & sibi relinquitur, quam grauetur. Nam testator intellexit hoc ordine, vt primo morienti restituat duobus superuiuentib': secūdo morienti restituat tertio superuiuenti: & sic iste secundus fuit primo honoratus, secundo grauatus in ordine intellectus: merito quod accepit iure fideicommissi a primo, venit in fideicommissum, quod ipse debet secundo. Contra predicta facit l. pater. §. quindecim. ff. de le. ij. sed ibi fuit nominatum grauatus de parte sua, ideo quod habet ab alijs in fideicommissum non venit.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Scevola respondit. Limita hāc legem, vt per Ange. in l. hereditas. C. de bis quib. vt indig. & per Ang. in l. illud. §. tractari. ff. de iure codi. & ad materiam huius legis adde q clausula codicillaris operabitur, q si aliqua verba directa appposita in testamento, aliquo tempore non possunt valere vt directa, valebūt vt fideicommissaria. Unde si testator instituerit filiū pupillum, & dixerit si filius meus decesserit sine liberis, talem instituo, vel talis heres esto, & contingat filium mori in pupillari etate, substitutio illa si decesserit, erit fideicōmissaria propter dictam clausulam codicilarem. Nam exponitur, si, id est, quatenus, id est, super, vel pro ea re, vel pro eo tempore quoties, &c. arg. l. Stichum qui meus erit. de leg. j. & vide quod no. Bar. in l. j. in ix. q. §. de iure codicil. sic debebit limitari quicquid no. Bar. in l. Centurio. de vulg. & pupil. Et ista publice tenuit Anto. disputando, vt refert in c. Raynutius. de testamen. vbi ita tenet. Et pro hoc bene facit l. si frater. C. de fideicom. & glo. Justi. de pupil. substi. §. masculo. & est de mente. Bart. in l. j. in xvj. q. §. de iure codicillo. & etiam reperio idem velle Mat. Mathe. in sing. suis, sing. xlviij. quod tene mēti, & Jmo. in l. verbis. de vulg. & pup. vbi hoc ponit bal. & Ange. etiā in l. in pupillari. eo. tit. & Ange. in l. j. de iure codicil. & dixi aliquid in d. l. verbis. sed Pau. de Cast. in l. precibus. C. de impub. & alijs substi. dicit, q licet Ang. & Fulg. idem ibi teneant, tamen vnum facit dubium secundum eum, quia ista lex cū simil. loquitur quando verba directe prolata in codicillis, si fuissent prolata in testamento, valuissent iure directo, alias secus, ne maioris efficacie sint codicilli, quam testamentum. Sed in casu nostro substitutio per verba directa in testamento, non extenditur vltra tempora pupillaris etatis, imo in totum expirat secundum opi. gl. in d. l. Centurio. cum concor. ergo, &c. dicit tamen quod in iudicando. & consulendo non recederet a communi. Tu responde quod dictum arg. non obst. quia videmus q seruo alieno in testamēto directa libertas dari non potest, nec trahitur ad fideicommissum. l. si seruus legatus. §. si seruus. & ibi not. de legat. iij. & tamen si data fuerit in codicillis, directa trahitur ad fideicommissum. l. ij. §. j. in fin. & ibi ita sentit gl. fi. & ibi expresse Jac. de Are. & Angel. ff. de iure codicil. Preterea clausula codicillaris facit, quod testator videt velle testamentum valere iure fideicommissi. l. fi. C. de codicil. ideo non sunt maioris efficacie codicilli, quam testamentum, q non est dubium quod testator etiam in testamento valido, iure testamenti potuisset disponere quod valebat institutionem factam per verba directa valere iure fideicommissi, ac si essent facta per verba obliqua. ¶ Adde Pau. de Cast. consil. cxxxiij. & cclvj.

b ALEX. ¶ Ad fideicom. Et eod. modo intelligit Bald. in l. non codicillum. C. de testa.

c ALEX. ¶ Dy. no. dicit. Adde Barto. in l. si fratrem. C. de fideic. per Jo. Andr. in c. si pater. de testa. in vj. in nouella. per Ly. in d. l. precibus. in fin. adde Bal. consil. cccxxiij. iiij. lib.

d ALEX. ¶ A contrario sensu. Parum facit, vt ibi per Bart licet gl. ibi hoc velit. Adde q cum decisione Bart. hic in fin. transit Pau. de Cast. hic, Ro. consi. xviij. & Pau. de Cast. ff. eo. l. Lucius.

LEX LXXVII.

1 ☞ Conditio, si habuit liberos, quomodo differat ab illa, si decesserit sine liberis.

Heredibus. Conditio de educādis liberis, nō requirit liberos mortis tēpore superiore. h. d. ¶ Opp. ff. eo. l. ex facto. §. si quis. Solu. Cōditio, si decesserit sine liberis, intelligitur, quod,
1 requiritur quod tempore mortis liberi superuiuāt, vt in contrario: quia illa verba, sine liberis, determinant verbum decesserit, vnde tempus mortis inspicitur. Sed quando dico, si liberos educauerit, vel si liberos habuerit, tunc sufficit quod eos habuerit in vita, licet non tempore mortis, quia quocunque tempore hec conditio verificatur, vt hic, & l. fin. C. de indi. vidui. & l. cum vir. & l. solemnis. de conditio. & demonst.

1 ☞ Verba, si decesserit sine liberis, debent intelligi de his, quos rogatus habere potest.

2 Habere filios naturales, magis abhorretur in feminis, quam in masculis.
3 Filius naturalis facit deficere fideicommissum, quando extat statutum quod succedat ab intestato.
4 Pater si instituto filio in sacris existenti, & gravato si decesserit sine filijs, de quibus intelligatur, & quid si dixerit, si decesserit sine filijs ex suo corpore.

a 1 §. Titius. [a]†Verba, si decesserit sine liberis, debent intelligi de his, quos rogatus habere[b] potest. h.d. ¶Opp. ff. eo. l. ex facto. §. si quis rogatus, & C. de insti. & substit. l. generaliter. §. fi. Glo. dat tres sol. & quamlibet magis singularem. Primo contraria loquuntur in masculo, hic in femina, cui naturalis soboles succedit, nisi mater sit illustris. Hoc videtur
b mihi & nō sit congruū volūtati testatoris[b], que principali[a] inspi-
2 citur, d. §. si quis. Nam & in feminis magis est horrendum habere filios naturales, quam in masculis, secundum mores nostros.
3 Tamen glos. †facit ad q. statutum est hic, q filij naturales succedant ab intestato. Cert: tales naturales facient deficere conditionem fideicommissi, quia sunt tales q tanquam legitimi succedunt, vt hic, secundum hanc gl. Secundo sol. glo. q hoc ideo, q pater idemq; testator talem filiam tali coniunctione copulauit. hec satis est bona. Vel dic, q hoc ideo, quia hec furiosa non poterat habere maritum. Unde de necessitate illa verba intelliguntur, si decesserit sine liberis naturalibus: hec est bona, & not. Fa-
4 cit ad questio. †Pater instituit filium in sacris ordinibus constitutum, & adiecit, si decesserit sine liberis, bona deueniant in talem queritur de intellectu istorum verborum, an intelligantur si decesserit sine liberis, scilicet spurijs, cum legitimos habere nō possit: Respondeo q debent intelligi de filijs legitimis tātum, quos
c habere potest, scilicet de ecclesia, [c]vt in aut. de san. episc. §. sed & hoc presenti. Sed quid si adiecerit, si decesserit sine liberis ex suo corpore descendentibus: Respondeo q istud fideicommissum est
b nullum, [b] Sicut enim fideicommissum relictum a muliere, si non nupserit, est nullum, quia per hoc videtur ei indicere viduitatem quod non nubat: & si nubat, imponit penam fideicommissi, ideo non valet, l. quoties. §. de cōdi. & demon. Ita hic videtur filium in sacris ordinibus constitutum inuitare vt fornicetur: & si non facit, gravat eum fideicommisso, merito fideicommissum est nullum. Non ob. hec lex, quia hic loquitur in filia furiosa, in qua peccatum non cadebat, cum non haberet intellectum.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Titius. An casus huius §. verificetur in filijs adoptiuis, cogitabis per l. fideicommissum. ff. de condi. & demon. & no. gl. & Bar. in l. si quis posthumos. in prin. de libe. & posthu.
b ALEX. ¶Voluntati testatoris. Bene facit text. in l. hac parte, & in l. si spurius. §. vnde cog, & quod no. Bal. in l. generaliter. C. de insti. & substit. & quod legitur, & no. in l. si qua illustris. C. ad Orfic. & vide Imol. in d. §. si quis rogatus.
c ALEX. ¶Scilicet de ecclesia. Ecclesia dicitur filius legitimus. Adde quod no. in auth. nisi rogati. C. ad Treb. & quod no. Bart. in auth. si qua mulier. C. de sac. san. ecc. & qualiter monasterium habeatur loco filij, licet cōmuniter dicatur q sic, limita vt per Bal. in c. j. de eo qui arm. bel. deposuit. & contra Bart. hic tenet. Ang. in l. si quis posthumos. de lib. & posth. in prin. vide ibi per Imo. & Bal. in l. generaliter. §. j. C. de insti. & substi. & vide quod no. Bal. in c. j. §. naturales, si de feu. fuer. contro.
b ALEX. ¶Est nullum. Adde no. per Bartol. in l. liberorum. de verb. signi. per Bal. in l. Deo nobis. in prin. C. de epis. & cle. & not. doc. in d. authen. nisi rogati. & hic. Adde Abba. in c. presentia. de proba. vbi transit cum Bartol.

LEX LXXVIII.

Lucius. Possunt aliqui gravari de bonis adinuicem communicandis. h.d. ¶Quero,
a pro qua parte[a] erunt communia: Responde equaliter. l. fi. §. Lucius. ff. de leg. ij. Nec obstat. j. ea. l. §. filiam, vt ibi videbis. Facit ad quest. testator rogauit filios suos vt diuiderēt equaliter: quid importēt hec verba: dixi in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. ij.

ADDITIO.

a POMA. ¶Pro qua parte. Vide Bar. consi. clxviij.

§. Mevia. Iudi executores testamētorum, de his que
a nē nō habent. h.d. ¶Op. C. [a]de epis. & cle. l. nulli. & l. si quis. & l. a lio. ff. de ali. leg. Sol. ibi speciale est in relictis ad pias causas. dixi plene in l. si quis Titio. ff. de lega. ij. ¶Oppo. de an. leg. l. Quintus. in fin. Responsio, licet isti meri executores non habeant actionem, vt hic: possunt tamen officium iudicis implorare, vt ibi.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Oppo. C. Hic est tex. q in testamento potest dari tutor: hereditati. & eum ad hoc alle. Bal. in l. j. C. de sen.
1 ¶Controuersiam non moueri qualiter intelligatur.
2 Questionem non facere, & non facere controuersiam, an sit idem.
3 Legatum factum monacho cum hoc, quod si Abbas eum molestet, deueniat in talem, an Abbate molestante, sit locus fideicommisso.

§. Tres heredes. Portio in qua est institutus ser-
vus, per fideicōmissum mannumissus, ei debetur iure directo, non per fideicommissum. Item quod iure fideicommissi percipitur, venit in fideicommissum per generalia verba relictum. h.d. Op. ff. eo. l. cogi. §. fi seruo. Sol. hic addit sponte, alias cogi non potuisset, vt in contrario. ¶Quero,
1 †dicitur hic, si mouerit controuersiam, quomodo intelligatur ci-
a trouersia moueri: Bl. dicit [a]de iure vel de facto, in iudicio, relictā: quod not. Facit ff. de pet. her. l. diuus pius. in prin. & C. de trā sac. l. si quis maior. In contrarium j. rem raram hab. l. amplius non peti. & ibi dixi plene. ¶Quero, quid si aliquis reliquit monacho. vt Abbas ei non faciat questionem: sed si faciat, deueniat in talem: Dicit gl. quod eo ipso q Abbas molestat, est locus fi-
2 deicommisso. Innuit gl. †q idem sit dicere, nō facere questionem & non facere controuersiam, quod no. Facit quod no. in l. qui fidem. ff. de transac. In cōtrarium facit C. finium regund. l. iij. & vbi, & quod ibi not. scilicet, q verbum questio, requirit litis contesta-
3 tionem. Dic vt dixi in d. l. amplius. rem ra. hab. Item dicit gl. q Abbate molestante, locus est fideicommisso, licet quidam cōtra. Certe qui dicunt contrarium videntur dicere melius. Nam conditio vt Abbas non faciat questionem, videtur turpis &
b enim contra regulam [b] monachorum, que vult q monachus nō habeat, vt extra de statu monach. cum ad monasterium. ideo non valet tale grauamen appositum Abbati. Sed si esset tale relictum quod valeret in monacho, vt si relinqueretur pro alimentis, que possunt relinqui etiam seruo, vt ff. de leg. j. l. seruo alieno. §. his que pro non scriptis. l. iij. & l. legatū. de capi. di tunc forte procederet dictum gl. Contra predicta videtur facere, quod dixi in l. si alienum, in prin. de here. insti. sed non obst. si bene inspiciatur.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Blo. dicit. Quando dicatur controuersia mota. ad de Bald. in l. ij. C. de transac. & in l. causas. eo. tit. adde Card. cons. xxv. & de verbo reuerti, posito in tex. vide Paul. de Cast. hic. Et vide tu Alex. in cons. clxxvij. col. j. vol. v. & ibi q molestare, & controuersiam mouere equipollent.
b ALEX. ¶Contra regulam. Adde Bart. in auth. ercipitur. C. de bo. que libe. & Bal. in l. j. C. de his que pen. no. bene faciunt no. in aut. ingressi. C. de sacrosan. eccle. & dicit Bal. in aut. licet testator. de episc. & cler. ibi esse text. contra hanc glos. vide ibi. Et hanc glos. dicit esse notā. in l. fin. in verbo. penul. quero. de acto. empti. Adde Abb. consil. xliij. ij. lib.

§. Pater. Portio deficiens accrescit pro portionibus
hereditarijs, pro quibus est facta substitutio hoc dicit.
1 ¶Fideicommissum relictum fratribus sub nomine appellatiuo pro hereditaria portione debetur.
2 Fratris appellatione sororꝫ continetur.

1 §. Mevia. Fideicommissum relictum fratribus sub
nomine appellatiuo, pro hereditaria portione debetur. h.d. Nota, quod dixi in summario, ex quo patet q ue relinquatur sub nominibus appellatiuis significantibus hereditatem, vt heredibus tuis: siue sub alijs significatibus fratrinitatem, vel aliquid aliud, semper debetur pro portionibus hereditarijs, quod est singulare, vt hic, dixi in l. turpia. §. fi. ff. de legat.
2 Ultimo dicit gl. no. appellatione fratris cōtineri sororem, [a] quod facit ad questio. quam dicam in l. fin. j. eo.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Contineri sororem. Hic dicitur, q appellatione fratris venit soror. sed Pe. de Anch. in c. canonum statuta. post medium. versi. dicto de filijs, & nepotibus, &c. extra de consti. dicit q̄ istud non procedit vbi continetur odium.

§. Titia. Si fundus pignoratus dolo, vel lata culpa here-
dis, alienatur, fideicommissario heres tenet. h.d.
1 ¶Unus si ex duobus, qui se monasterio obtulerunt cum hoc quod post eorum mortem bona in monasterium deuenīāt, moritur: an monasterium habebit bona.
2 Emphyteuticis si ex duobus vnus decessit, an bona ad superstitem reuertantur.

§. Caio. Si duo post mortē eorū restituere rogantur, vno
mortuo, statim pro parte cōpetit fideicōmissum.
a titio. h.d. & est no. casus. [a] Idem ff. de leg. ij. l. fi. §. filium & filiā. Oppo. ff. de vsufr. lega. l. codicillis. in prin. Solue vt dixi in l. heredes mei.

mei. §. j. ℣. ℭ Inducitur ad † quest. duo obtulerũt se monasterio vt monasteriũ habeat bona post mortẽ eorum, vnus decessit, an statim debet habere bona illius, vel debeat expectari mors alterius? De hoc p Dy. z per Lyn. in l. pen. C. de impube. z ali. substi.

2 ℭ Quero, duo sunt emphyteute, vnus decessit, an bona reuertantur ad dominum, an ad alium? Dyn. tangit hic, z in l. codicillis. in prin. de vsufr. lega. Ly. in l. vnica. C. quãdo non pe. par. z dixi plene in l. si mihi z Titio. de ver. obli.

ADDITIO.

a ALEX. ℭ Mo. casus. Ad istũ tex. vide bal. in l. j. C. de cõd. iser.

1 ☞ Verba enunciatiua commemoratiua alicuius modi precedentis ad illum restringuntur, z quando disponant.

2 Dos mulieri licet non veniat in fideicommissum generale, quando ipsa grauatur: tamen quando alium grauat, venit.

1 **§. Filium.** Verba † enunciatiua commemoratiua alicuius modi precedentis, restringuntur ad illũ. Item in fideicommissum vniuersale relictum per mulierẽ, veniũt res dotales. h. d. ℭ Opp. q bona debent communicari, vt ff. eadem. l. in prin. Hl. dicit, q non fuit hoc expressum, q communicarentur. Sed hoc videtur contra tex. ibi, vniuersam substantiam eis cõmunicasse. Nisi hic fuerunt verba enunciatiua, nõ dispositiua. l. ex hac scriptura. j. de dona. Sol. hic fuerunt verba enunciatiua propter aliud emissa, scilicet, in modum cause, ibi dispositiua. ℭ Contra hoc oppo. q verba enunciatiua in modum cause prolata, inducunt dispositionem, vt l. pe. j. de col. bo. in l. si socer. §. Lucius. sol. ma. Sol. hic verba fuerunt prolata ad certum modũ, quasi dicat communicauit eis bona, id est communiter reliquit secundum modum certum. ff. scripturam ideo ad illum modũ restringuntur. Ita dicebat. Oldr. ℭ † Ultimo not. q licet dos non veniat in fideicõmissum, quando mulier ipsa grauatur, tamen quando ipsa grauat alium. dos ipsius mulieris venit, sicut cetera bona: facit quod dicam. j. ea. l. §. maritus.

1 ☞ Paria sunt ab initio per partes relinquere, vel relictum sim pliciter per partes modificare.

2 Iudex quando in sententia condemnat in certũ, videlicet in decem pro tali delicto, decem pro tali ꝛc. dicuntur plures sententie.

3 Aduersatiue aut, vero, sed, z similes, an inducant cõiunctionem.

a 1 **§. Que habebat.** a Paria † sunt ab initio per partes relinquere, vel relictum sim pliciter per partes modificare. h. d. Mo. quod dixi in summario,

2 quia est quotidianus casus. Facit † ad id quod tota die faciũt assessores in sententijs suis condemnatoriis. Dicunt enim quando aliquem ex pluribus delictis condemnant, Talem condemnam a in tantum, z primo ponunt totam quantitatem, deinde subiun-

b gunt, pro tali delicto tantum. z pro tali tantum. b Nam perinde est, ac si ab initio essent plures sententie, vt hic, z l. edules. §. fi. cum

3 gl. ibi posita, de edi. edic. ℭ Quero † in l. re. coniuncti. Utrum per coniunctionem aduersatiuam, vt, aut, vero, sed, inducatur coniunctio? Hic videtur text. q non. Contrarium determino. Sufficit enim q plures coniungantur in vna oratione, nec curo cum quali coniunctione, vel sine coniunctione, vt ibi dixi. Ad hunc text. respondeo, q fuerunt posite partes separate, ideo non sunt coniuncti re. Item fuerunt positi in diuersis orationibus, ideo non sunt coniuncti verbis.

ADDITIONES.

a ALEX. ℭ Que habebat. Et de isto tex. vide Bal. in l. j. in ix. q. C. quando non peten. par.

b ALEX. ℭ Et pro tali tantum. Mo. ad statutum q banniti vsq; ad certam summam, ꝛc. z vide Bart. in l. vbi fideiussor. de sol. vbi habes post eum.

§. Heres. Fideicommissarius detrahit, quatenus sibi † detractum est. h. d. De quo dic plene in l. facta. §. si Titius. §. eod. z §. ad legem Falcid. l. penales. §. fi. z de condi. z demon. l. Plautius. z ibi plenius.

a **§. Heredum.** a Si dilatio adjiciatur in fauorem fideicommissarij, fructus interim percepti veniant in restitutione. h. d. Mo. illum modum loquendi, ex reditu pauperiatis, ꝛc. ex paupertate enim, cum sit mera priuatio, non colliguntur fructus, sed communis intellectus est, ex paupertate. hoc est, ex tali modico seu modicitate. Opp. C. commu. de lega. l. fi. §. sed quia. Soluit gl. q hic non reliquit quo ad proprietatem, sed quo ad vsum. hoc non est verum: quia si quis relinqueret seruos ad vsum, videtur relinquere proprietatem, l. donationes. §. species. j. de dona. z l. species. §. de auro z arg. lega. Dicendum est ergo. q hic alienatio non valuit. Oppon. q fructus non veniant in restitutionem. §. eo. l. in fideicommissariam. Quidam dicunt, q testator hic dixit, quicquid, ꝛc. q est contra l. heredes. in prin. §. eod. dic ergo, q hoc ideo. q dilatio fuit apposita fauore fideicommissarij: facit §. de vsu. l. in fideicõmiss. §. cũ Pollidius. z l. si ita relictũ. §. j. §. de lega. ij. Opp. §. de ali. lega. l. Lucius. Sol. eodẽ modo, quia hic fuit dilatio apposita fauore fideicommissarij.

ADDITIO.

a ALEX. ℭ Heredum. Vide Bal. in rub. C. de verb. signi.

1 ☞ Alienari prohibita non veniũt in fideicommissum vniuersale.

2 Exceptio licet firmet regulam, non tamen illam ampliat.

1 **§. Pluribus.** Prohibita † alienari nõ veniũt a in fa deicõmissum vniuersale. h. d. Opp. q prelegata veniant in fideicommissum relictum per hec verba vniuersalia. l. cum virum. C. de fideicommiss. Sol. hic fallit, q testator prohibuit illas perceptiones alienari fauore liberorum: quod apparet ex eo q dixit, q qui vita superesset solidos fundos haberet, vnde illas perceptiones specialiter alij reliquisse videtur: vnde in fideicommissum vniuersale non veniũt. Oppo. exceptio confirmat regulam in casibus nõ exceptuatis, vt §. de iureiu. l. fin. in fin. licet hic testator exceperit eos alienum, scilicet, viginti legata: ergo totum aliud videtur velle restitui. Solu. Dicebat Oldr. fa-

2 teor, † q exceptio confirmat regulam, non tamen eam ampliat, vt postigatur ad casus, ad quos primo non postigebatur. Facit. §. de vsufru. lega. l. generali. §. vroni.

ADDITIO.

a ALEX. ℭ Non veniunt. Mo. ad limi. l. cum virum. C. de fideicõ.

1 ☞ Dos prelegata non cadit in fideicommissum, nisi specialiter sit dictum, z quarta ad dotem sufficiat.

Clausula quod legata restituantur, non postigitur ad debita prelegata, nisi probetur testatorem sic sensisse.

2 Dos quando veniat in substitutionem vulgarem, z quando in fideicommissariam.

1 **§. Maritus.** † Dos prelegata * non cadit in fideicõ-

* missum, nisi specialiter fit dictum, z quarta ad dotem sufficiat. h. d. Mo. q hec verba, q legata restituãtur, non postiguntur ad debita prelegata, nisi probetur testatorem sic sensisse. Facit §. eo. l. deducta. quod intellige si apparet esse debitũ per alias probationes extra testamentũ: alias esset idẽ q de aliis legatis, licet vt debitum prelegaretur. l. qui vroni. in princi. §. de aur. z arg. leg. Opp. adñ. q secũdum hoc testator potest prohibere Fal. contra l. quod de bonis. §. j. §. ad l. falc. Sol. hoc modo, q quarta computetur in debitum. poterat olim prohiberi, z erat olim casus specialis: hodie est de iure communi, vt authenti

2 ca, sed cum testator. C. ad leg. fal. ℭ † Quero, pater substituit filie

a si decesserit sine liberis, an in hoc fideicommissum veniat dos? Dyn. tangit in l. a filia. in princi. §. eo. z ibi dixi me dicturum hic. Et igi etiam in l. fi. §. filie. §. de leg. ij. Ly. ponit in l. vnic. §. videamus. C. de rei vxo. act. z ibi recitat distinctionem Mar. Sol. qui dicit, aut queris an dos veniat in substitutionem vulgarem: z dico q sic. q est in potestate filie adire hereditatem vel non, l. iam dubitari. de here. instit. sed hoc procederet quando pater in testamento filiam dotauit: sed si eam dotauit inter viuos. tũc capit dotem iure suo, non hereditario. l. pater filiam. §. ad legem Falci. Si vero queris, an dos veniat in substitutionem fideicom. z tũc aut vniuersaliter substituit, z non venit dos in fideicõmissum, nisi appareat testatorem aliud sensisse. d. l. a filia. §. eo. z C. communia de lega. authen. res que. z §. ad l. Fal. l. pater filium. in prin. Si vero pater eam expresse rogauit de restituenda dote, tunc aut filia habet alias tantum de bonis patris. quod sufficit ad legitimam, z potest grauari in dote, l. fi. §. filie. §. de lega. ij. Aut non habet tantum, quod sufficiat ad legitimam, z grauari non potest. l. quoniam in prioribus. z l. quoniam nouella. C. de inoff. testa. Ita dicũt ipsi, p qua distinctione habetis casum in presenti. §. z hoc quãdo fideicommissum relinquitur per patrem a filia: secus si relinquitur per filiam ab alio sibi herede instituto, quia tunc dos venit in fideicommissum, sicut cetera bona filie, vt §. ea. l. §. filiam.

ADDITIONES.

* CLAV. DE SEISS. ℭ Dos prelegata. Istud intellige z amplia vt per Are. consi. clv.

a ALEX. ℭ Veniat dos. An filia possit grauari in dote per fideicommissum, vide Bal. in l. cum virum. C. de fideicom. z in authen. res que hic alle. Adde an filia possit in dote grauari Joã. An. in addi. ad Spe. de instru. edi. §. vt autẽ. in addi. inci. §. incidit alia q. bal. in l. qm̃ nouella. C. de inoff. test. z cõ. Ixiij. iij. li. z cxv. ij. lib.

1 ☞ Instantia cepta cum h. rede, restitutione facta cõtra ipsum, z eius heredem durat.

1 **§. Rogatus.** Instãtia † cepta cũ herede, facta restitutione durat contra ipsum, z heredẽ eius h. d. Opp. §. eo. l. j. §. j. So. Instantia iudicij cepta cum defuncto, transit in fideicommissar. um, vt ibi: secus in ea, que cepta fuit cum herede, z sic non fuit hereditaria, vt hic, z §. eod. l. cum hereditas. Ad hoc. opp. supra famil. ercisc. l. in iudicio. Bloss. non sol. dic, ibi loquitur in iudicio reali, quod transit ad successorem singularem, in quem facta est alienatio necessaria: hic vero in iudicio personali. Et plene dixi in l. si eum hominem. de fideiusso.

1 ☞ Res non restitute de nouo reperte debent restitui, nisi prima restitutio per modum transactionis fuerit celebrata.

3 Deceptio vltra dimidiam qualiter probetur.
Vesio quando petitur,reductio ad arbitrium boni viri,qualiter probetur.

1 §. Heres.Res de nouo reperte non restitute,debet restitui, nisi prima restitutio per modum trãsactionis fuerit celebrata.h.d. Op.ff. de transac.l.q cũ tutoribus. §.qui per fallaciam. Sol.intelligc hic, quando heres non fuit in dolo,ibi sic. Opp.de transac.l. ij. §.j.vbi repertis codicillis,vitiatur transactio.Sol.dicit gl.z bene q hic fuerunt reperta alia instrumenta,ibi codicilli.Ratio patet in l.de his.de transac.z l.j.§.
2 j quemadmodum,testamen.aper. Sed contra hoc oppo.tq hic est deceptus vltra dimidiam iusti pretij,vt patet ex text.ideo debet rescindi per l.ij. C. de rescin.vẽdi.z l.si quis cũ aliter.z de ẏb. obli. Dyn. in d.l.si quis cum aliter.dicit, q in contractu transa
a ctionis non habẽt locum[a] dicte leges,per hunc §. Sl.hic,z Bet.
3 qui sequitur eam.C.de rescin.vendi.l.ij.dicit,tq ad cognoscendũ vtrum in transactione quis sit deceptus vltra dimidiam iusti pretij,non debet estimari id,quod in veritate debetur:sed id, qõ valebat ille dubius litis euentus, quod placet. Per hoc no.practi eam,quando petitur arb tramentum reduci ad arbitrium boni viri,q arbitramentum est transactio,vt in authen.vt dif.iud.§.j. z ibi no.q tunc non sufficit probare, q re vera mihi multũ plus debebatur quam arbitrator condemnauerit: sed q dubius euen
b tus illius litis multo plus valebat quam arbitrator condemnauerit,vt dixi in l.[b] societatem.§.arbitrorum.ff.pro socio.

ADDITIONES.

a ALEX. C Non habet locum.Utrum l.ij.C.de rescin. vendi.habeat locum in transactione,adde Bal.in l.ordo.C.de execu.rei iudi.z per Jmo.hic nec etiam habet locum in pacto.f. cundũ Bal. in l.j.C.de pac.z istam gl.alle. Bal.in l.fi.§.j.in prin.C. eo. de quo habetur per Jmo.in c.Quintaualis.de iureiur.

b ALEX. C Ut dixi in l. Adde Bartol.in l.si quis cum aliter.de verbo.obli.z in l.ij.C.de rescin.vendi.ztext.in l.cum hereditate.de acqui.here.z no.in d.§. arbitrorum.

LEX LXXIX.

Si pupillis.Etiã post restitutionẽ potest fideicõmissarius, fideicommissum dimittere, propter partem heredis, que incipit de nouo vacare.h.d. In tex.ibi,aut a toto discedat,dic vt isto casu,quo a toto discedit,aut omnino: z vt sequitur,in tex. ibi.nõ possunt,dic,q non expedit,secundum Jac.de Are. In tex. ibi,suscipere dic,z tunc non seruabitur superfluũ pupillo,l.quod si minor.§.Scevola.ff.de mino. Ibi,plus.dic quã debeatur creditoribus facta venditione per eos,qõ est,quando fideicommissarius non vult q.d.in his duobus habet electionem secundũ Jac. de Are. ꝛc. C Oppo,hic dicitur,q fuit heres,z postea abstinet. Contra C.de repu.here.l.sicut.Sol.Huius timore Roma,posuit casum vno modo.sed truffa est: sed dic q abstinet per restitutionem. C Opp.q fideicommissarius nõ potest repudiare per restitutionem,l.postulãte,in prin.ff.eo. Sol.Hic propter partẽ de nouo aduenientem. Simile est in l.cum hereditas.ff. de acqui.here. C Extra gl.opp.quando portio deficit per restitutionem,nõ debet abstineri a toto ratiõe partis,l.si minor.§.de acqui.here.Sol. Ibi in coherede qui habet iure suo:hic in fideicõmissario,ad quẽ pertinet ex aditione filij hereditas. Opp.si minor fuit abstẽtus, vlteriꝰ aliquid habere nõ debet de illa hereditate,l.j.C. si vt se abhere.absti.Sol.intelligas hoc, q superfluũ reseruat pupillo per restitutionẽ de nouo impetrãdam,vt l.z si fine.§. restitutus.de mino.Sed opp.q postquam bona sunt vendita non potest restitui minor.l.q si minor.§.Scevola.de mino.Solu,illud verum,quando bona essent vendita per substitutum:secus quando per creditores,vt hic secundum Jac.de Are.z ita apostillani tex.que opi. videtur contra quãdam gl.paruam,super ver.vendenda. que dicit.scilicet,a fideicommissario,z ideo Bul.de cu.in d.§. Scevola. distinguit quando bona sunt vendita per substitutum, Aut hoc fuit sine magna industria sui, q quilibet homo cõmunis hoc fecisset,z restituetur pupillus ad superfluum,vt hic. Aut substitutus euasit a creditoribus cum magna industria,q non sic fecisset quilibet,tunc pupillus non restituetur,§.Scevola.Ex predictis ergo collige quando pupillus se abstinet,z bona vadunt ad fideicommissarium,aut in totum agnoscit,aut in totũ repudiat. Primo casu,aut nihil supereſt venditis bonis, aut aliquid supereſt. Si nihil,non est dubium:si aliquid,tunc aut hoc processit ex magna industria fideicommissarij,aut non.Secundo casu principali, quando repudiauit in totum,tũc est similiter distinguendum, aut nihil supereſt,aut supereſt aliquid,vt patet ex predictis.

LEX LXXX.

Matrem.Venditio facta causa interuertẽdi fideicõmissum non imputatur heredi, in eo quod sibi defunctus debebat,h.d. Op,tali heredi rogato per hec verba.licet consumere,vt ff.eo.l.Titius rogatus Sol. gl.q hic consumpsit vltra dodrantem quod non licet.C. eod.authen.contra rogatus. Hec sol.vera est secundum iura nouaserẽdum hec iura dic, q hic mala fide consumpsit causa interuertendi fideicommissum,merito compensatur cum debito.

LEX LXXXI.

1 Dilecti in substitutione,videntur z dilecti in fideicommisso, nisi ratio sermonis vel presumpta voluntas aliud induceret.
2 Testator,si filijs masculis vniuersaliter instituitis,filiam in re certa instituit,z subiecit si quis eorum decesserit sine liberis,portio deueniat in superuiuentes,vno filio masculo decedente, quando filia cum alijs admittatur.
3 Participium superuiuentes,si reperitur abbreuiatum qualiter intelligatur.

a Julius Phebus.[a] Fideicommissum
b naturam precedentis substitutionis, nisi ex voluntate defuncti[b] aliud presumatur ex natura sermonis,vel
c alia coniectura,[c] hoc dicit. No.hunc si.ad id.quod sepe occurrit,
1 q de nomine vnius non dicitur nisi pars. C Oppo.quia prout dilexit eos in substitutione,ita videtur dilexisse in fideicommisso, l.Lucius.§.pater puerum.ff.eod. C Item istud fideicommissum vniuersale non videtur conferri ad Polycratem.de quo specialiter prouiderat,l.coheredi.§.qui patrem.ff. de vulg.z pupil.Solu. Fateor contrarium, nisi ratio sermonis, vel alia presupta voluntas aliud induceret,[d] vt fuit hic. Nam verba pluralis numeri si
d licet ei,vel eis, de necessitate comprehenderunt duos fratres,
2 perstites,vt tex.dicit. C Iuxta hoc quero questionem mihi currentem de facto. Testator instituit filios masculos heredes vniuersales,filiam instituit in certa quantitate:demum subiecit a si quis eorum decesserit sine liberis, portio eius deueniret in superuiuentes:queritur,an vno ex filijs masculis mortuo, filia admittatur ad fideicommissum? C Videtur q sic.hic,z ff.eod.Lucius.§.Mevia,z l.Lucius.§.quesitũ.ff. de leg.ij.z de pact.l.tres fratres. Lo tinetur enim appellatione filiorum, nisi aliud appareat. Viri,q in themate proposito aliud appareat de mẽte testatoris. Nam cum masculos pred lerisset in institutione instituendo eos vniuersaliter,[e] presumendum est eos predilexisse in fideicõ
e misso,vt l.Lucius.§.pater.ff.eod.C.de fideicom.authen.hoc amplius,z de impu.z alijs substi.l.j.quod est verum,si ratio recti sermonis hoc patitur,quia instituit tres,vel quatuor filios, vel ventrem, ex quo possunt nasci plures. Nã tunc vno decedẽte, illud participium,superuiuentes,potest verificari in masculis vno decedente. Sed si instituisset tantum duos masculos,tunc quia vno moriente,istud participium,superuiuentes,non verificatur in filio remanente,tunc de necessitate comprehendetur filia.Licet ex re
3 certa institutura,per hanc l. C Sed quero,tquid si reperitur scriptum abbreuiate.vt deueniat in superuiuentem,ita q potest dicere in superuiuentem,z superuiuentes.qualiter intelligitur.Respon.primo debemus aduertere,an hoc posset ex precedentibus vel sequentibus colligi,vt sic sit pluralis, vel singularis numeri, secundum quod requirit vera grammatica,l.Plautius.ff.de uro z argen.lega.q si non apparet,presumo testatorem sic locutus vt eos,quos in institutione predilexit,z inuicem vnus fuit.preterit etiam in fideicommisso.ff. de vulga.z pupill.coheredi.§.q secretas.

ADDITIONES.

a ROMA. C Julius Phebus.Et vide Bartol.in consi.inci.Egge.macie pro hac l.fina.

b C Defuncti.Pro concordia aduerte quod Bar.allegatur vlt in hac l.fi.q pluralis locutio nõ possit de necessitate verificari in numero duorum.Contrarius allegatur in l.j.ff.de procu.Tu dic coadunatis verbis ipsius Bart.tam,in d.l.j.quam in hac l.fin.& dici potest prima opi.vera,vt hec l.fin.firatio recti sermonis hoc patitur,z secundum subiectam materiam.Nam in d.l.j.ideo pluralis locutio verificatur in singulari, quia illa pluralitas comprehenderet etiam singularitates,vt in simili in l.ij.§.homines.ff. vi bo.rap.q non profertur illa pluralitas in vniuerso, vt omnia in vniuerso comprehendat,sed est apta comprehendere, z omnia in vniuerso,z omnes particularitates in individuo. cum illud indiuiduum non abnegetur. Istam sol.probat text.in l.non est fine liberis.ff. de verbo.significa.in l.ij.§.hec verba.ff.de li.ho. explicandum mentem legislatoris.ideo non dicitur contrarius.

c ALEX. C Alia coniectura. Adde text.in l.qui quartam.§. fin. secundum intellectum Barto.de lega.j.

d ALEX. C Aliud induceret. Aliter soluit Dyn. in regula.generi per speciem de regu.iu.in vj.

e ALEX. C Eos vniuersaliter.Hot.q sicut testator in institutione videtur filios predilexisse,ita z in fideicom. Adde no.per Bar. in l.Lucius in ver sic.sed quero iuxta hoc de pulchra queſt. z ibi

per Jm.

per Imo.in versi.item adde inquantū tangit, &c.z in versi.sequē. de vulg.z pupilla. Bar.in consi.inci. Ange.z vide quod dixi post Imo.in l.coheredi.§.qui discretas.de vulga.z pupil. adde in terminis Pet. de Anc.consi.lxvj. subtiliter.z Pau.de Cast. consil. ccclviij.viso instrumento.

TITVLVS II.

Quando dies legatorum cedat.

LEX I.

Mortuo patre. Vide per te ipsum.

LEX II.

Si pure sit. [a] Legatum seruitutis personalis cedit ab adita hereditate.h.d. Hic loquitur in tribus seruitutibus.&c. Quero.q i in alijs seruitutibus. Glo. dicit idem: sed in §. nouissimo.C. de cad.tol. expressius dicit, idem in alijs seruitutibus etiā realibus.z si sic intelligeres, nō esset verum.q2 in realibus cessat ratio, que hic ponitur. Debet ergo intelligi idem in alijs, scilicet, personalibus. Et hoc dicit Ly.in d.§.in nouissimo. Alij volunt sustinere gl. dicentes, q seruitutes reales nō transeunt ad heredes, sed sequuntur fundum.z sic habet locum ratio hic posita: sed certe illa persona tunc nullo modo videtur inspicienda. Sufficit enim q res sit tēpore mortis q2 requiritur secundum rationem predictam: sed verius est personam inspici, l.z si maxime. de ser. leg.z transit ad heredes, sicut z res cui accedit. ideo puto q cedat tempore mortis. Ultimo gl.[b] h.d. post multa verba, quod dies legatorum dicitur cedere quoad transmissionem, de quo dicam §. eo.l.v. Secundo quoad obligationem. Tertio quo ad petitionem Quarto quō ad dominū translationem. De quolibet istorum esset videndum, dic vt C. de cadu. tollen. §. cum igitur. per Ly.n.

ADDITIONES.

a AND. BARB. Si pure sit. Et no.ex hac l.q legatum habitationis non vendicat sibi locum, nisi adita hereditate.z vide Bal. §. libertatibus in l. vnica. C. de cadu. toll. vbi not. loquitur.

b POMA. Ultimo glo. Sed in contractu si est conditionalis obligatio trahitur retro. non autem in legatis. Vide glo. fin. secundum Bal. in d. §. cum igitur.

LEX III.

Si cum heres. Si legatū confertur in mortem heredis, est conditionale: secus si in mortem legatarij. h.d. Ratio patet in glo.

LEX V.

Si post. Primo dicit legatum transmitti ad heredem post cessionem diei. Secundo dicit. quando dies cedat quo ad transmissionem. Et circa hec er hac l.z aliās distingue. Aut legatum est vnum, aut plura. Primo casu aut est purum, aut sub conditione. Primo casu cedit a tempore mortis regulariter. Fallit in seruitutibus personalibus.z in omnibus. que ad heredem non transeūt eadem ratione, vt §. eod. l.ij.z iij. Item fallit in legato relicto seruo cui est relicta libertas, vt §. eod. l. heredis §. fi.z l. sequē. Item etiam in legato facto seruo legato, l. cum legato, §. eod.z ter.z glo. declarant. C. de cadu. tollen. §. in nouissimo. Si in diem, aut incertum, aut certū. Primo casu aut de necessitate eueniet, in vita legatarij. vt dies mortis ipsius, z idem q in die certa. Aut legatarius potest ante decedere, z idem q in conditionali, vt §. l. prox. cum si. Si dies certa, tunc si in his que essent pura, cederent ab adita hereditate, tunc cedit adueniente die, vt hic in ij. respō. Si vero est conditionale, tunc aut est conditio impossibilis, vel turpis.z habetur pro pura, vt hic. ver. sed si ea. cum si. quod plene dixi de condi.z demon. l. in testamento. Et hoc si erat conditio que tacite non inerat. Aut nihilominus est expressa, z tunc aut venit ex ipso testamento, aut extrinsecus vt §. eod. l. quod pure.z plene dixi in l. conditiones extrinsecus. de condi.z demon. Si vero sunt plura legata, tunc aut plura copulatiua, aut disiunctiua. Primo casu, cum sunt plura, l.ij.z sequen. §. de lega.ij. cuiuslibet dies cedit secundum suam naturam, vt hic. Secūdo casu, cum sit vnum semel dies cedit: Quod dic vt §. eod. l. si vsufructus. z l. cum ita in prin.z l. cum illud. in princi. Secundo casu distingue, aut sine prefinitione temporis, aut cum prefinitione, vt dicam in l. cum sine prefinitione. §. eod. Cetera dic, vt in glos.

LEX VI.

Quod pure Conditio tacita ex testamēto precedens, impedit diem legatorum cedere: secus si extrinsecus veniat. hoc dicit.

LEX VII.

Heredis aditio. Aditio hereditatis non differt diei cessionem, sed petitionem qualitercunque differt. hoc dicit. Oppo. de l. in conditionibus §. de conditio. z demonstra z Solu. Hon impedit transmissionem, nisi testator aliud velit. Secundo oppo. quod cum illa conditio insit de necessitate, testator non potest eam remittere, l. nemo potest. §. de legat. j. Solu. aditio hereditatis inest de necessitate. quia nisi hereditas adeatur ex testamento, nihil debetur quantumcunq; testator hoc vellet: sed diei cessio non inest de necessitate, ideo potest testator facere quando, cedat, vel non.

LEX IX.

Si habitatio. Ibi si ante aditam, sed si postea, dic vt l. fin. C. de vsufru.

LEX XII.

Nec semel. In text. ibi, sed z si quotannis. Iste est bonus casus. z no. Item no. idem est dicere quotannis, quod singulis annis.

§. Si in habitationem. [a] relictū annuum respectu certe necessitatis, debet tempore necessitatis. h.d. Dixi in l. qui hoc ann. §. de verbo oblig. vide gloss. que incip. quia tunc agere incipit, z istam glo. examinaui in l. vlti. §. de lib. agno.

ADDITIO.

a ALEX. Si in habitationem. Vide apost. §. in l. cum sine prefinitione.

§. Nouissime. No. non esse differentiam inter istas exceptiones verborum, licet quidaz contra. C. cod. l.j.

LEX XIII.

Viusmodi. Conditio omnino extitura, si dubitatur an viuo, vel mortuo legatario existat, impedit diem legati cedere. h.d. Op. de l. Julianus. §. de cond. inde. Sol. vt in gl. Tu dic. q ibi in contractibus, hic in vltimis voluntatibus, quicquid ibi z hic no. ratio est. q2 si certum esset in vltimis voluntatibus conditionem extiturā, sed incertum an in vita, vel nō, impediret diē legati cedere. l. si cum heres. §. eo. in contractibus vero spes conditionalis obligationis transit ad heredē. vt insti. de verb. obl. §. ex conditionali. z ita, an in vita, vel post mortem existat, nō curatur: q2 nō impedit diem stipulationis cedere. Opp. de pericu. z cō mo. rei vendi. l. necessario, §. si ita. Respon. eodem modo, ibi in contractibus: hic in vltimis voluntatibus. Op. de l. si pupillus. §. qui sub condit one. j. de noua. Eodem modo respondetur ibi in cōtractibus. hic in vltimis voluntatibus. An autē statim debeatur, dic vt ibi. Jo. tamē circa hoc, dedit vnam solutionē cuius materiam examinaui in d. l. Julianus. §. de cond. inde. Extra glos. opp. z videtur q tale legatum trāseat ad heredem si conditio deficit; licet hoc post mortem appareat, cum in vita verum fuisset illud non debere fieri, vt j. de manu. test. l. Meratius. Solue vt dicā. j. eo. l. cum sine prefinitione. in prin.

LEX XIIII.

Si vsusfructus aut decem. Si legatum, cuius dies cessit ab adita hereditate, z aliud legatum, cuius dies cedit a tempore mortis, alternatiue relinquitur, quātum ad electionem, vtrunq; tēpus inspicitur, quantū ad trāsmissionem, quodlibet per se naturam suā retinet. h.d. Ibi spectandum, quo ad electionem legatario cōcedendā. No. ex fi. q quī relinquitur alternatiue legarū pure, z legatum conditionale, non impeditur propter vnum, quin cedat dies alterius. Op. j. eo. l. cū illud. in prin. Sol. vt ibi dicam. q2 est difficile cōtrarium. Op. de l. cum sine prefinitione. ij. respō. j. eo. Sol. hic sunt duo legata. vnū pure, z aliud conditionale. sed in l. contraria est tantum vnū legatum conditionale.

a Tantum est dicere vt filio soluatur, quantum q patri nō queratur vsusfructus.

§. Si ita quis. Quero, isto casu qs petat? Et dicit gl. q filius. Sed dicit Dy. q hoc procedit secundum iura hodierna, secūdum que pōt habere propria.

extra castrense vel quasi. Secundum iura ista non reperitur, q̃ potest habere propriu, extra castrēsia, nisi in casu l. cogi. §. si pater. & l. Imperator. s. tit. j. & l. in dotem. Unde oportet dicere, q̃ testator dicendo ista verba, vt ipsi filio soluat, videtur testator velle in tempus existentie sui iuris differre, arg. l. vbi pure. s. tit. j. arg. 1 l. fideicommissa. §. si filio. s. de leg. iij. Item no. hic, q̃ si testator vel aliquis reliquit, vel donat filio, vel vt ipsi filio soluatur, tantum imponat, quantum dicere, ne ad patrem perueniat vsusfructus, secundum authen. excipitur. C. de bo. que libe. & in authen. vt liceat matri & aue. in princ. & hoc vide in isto §. cum glo.

LEX XV.

Sira Non refert quid ex equipollētibus fiat. hoc dicit. Oppo. de l. ii. C. de his qui ve. eta. impe. Solue vt plene dixi in l. Gallus. §. & quid si tantum s. de libe. & posthum.

LEX XVI.

Cimita. Opp. de l. illud s. de opt. leg. Respondebi in vtraq̃ parte alternatiue erat legatum pure, hic secus. Op. viteri⁹, s. eo. l. si vsusfructus. verū argumentum. Respon. ibi erat talis conditio, que moriente legatario impiebatur, vel deficiebat: & ideo concordat cum illa. Sed contra hoc facit in vtraq̃ parte alternatiue, hic est legatū cuius dies cedit a tempore mortis: & istud quod dicit, q̃ ex Pamphila natum erit. tacite inest conditio que non impedit transmissionem legati, l. j. in fi. s. de condi. & demon. & j. eo. l. cum illud. §. fin. Quid velit dicere iste text. dicam in l. cum illud. j. eod.

§ Cum seruo legato. Dies vsusfructus legati seruo hereditario demum post aditam vtriusq̃ hereditatem cedit. hoc dicit.

LEX XVII.

1 ☞ Regula Catoniana est regula iuris.

Cam legato. Dies legati relicti seruo legatario, cedit ab adita hereditate. Item ad legata que cedunt ab adita hereditate regula 1 Catoniana non pertinet. h. d. † Ro. q̃ regula Catoniana est regula iuris, licet Joā. And. contra super rub. de reg. in. lib. vi. dixi de reg. iur. l. j. Opp. Instit. de leg. §. an seruo. Respon. ibi loquitur econuerso, quando pater est institutus, & filio relinquitur: hic quādo institutus est filius, & patri relinquitur. Ratione diuersitatis dixi in l. a filio & l. quesitū. s. de legat. j. ¶ Quero, quomodo potuit manumittit & dic vt in gl. & no. q̃ ficte domin⁹ manumittit, q̃ intellige si postea sequit aditio. alias secus, arg. j. de castrē. pec. l. hereditatē. §. filius. vel vt cesset omnis dubitatio, dic seruū p̃ precio accepisse libertatem, vt s. ad Sylla. l. si quis in graui. §. vtrum.

LEX XIX.

Cam sine prefinitione. Cum legatū incipit a precedenti dispositione, sequens. in quod transfunditur, statim mora cōmissa, petetur. si incipit a precedenti conditione, legatario interim moriente, nihil ad heredem transmittit. hoc dicit. Opp. j. eod. l. si penum. Sol. quod hic dicit, statim intelligas mora commissa. Opp. hic videtur dici, q̃ penus est in obligatione. contra j. de act. & obli. l. obligationum fere. §. fi. Sol. Dic vt dixi in l. j. §. item si ita s. ad leg. Falcid. Opp. de l. si vsusfructus. in prin. s. eo. Sol. Dic vt ibi dixi. Opp. & videtur q̃ ad heredem transmittit, quia hic est relictum sub conditione quadam negatiua: sed moriente legatario, tunc est certum q̃ retro ipse non dedit, l. Neratius. j. de manu. testa. ergo videtur, q̃ ad legatarium transmittat. Respon. conditio negatiua, si nō dederis, si potestatiua est resolutiue, id est, cum constabit te dare non posse deiure vel de facto. l. ita stipulatus. j. de verb. obli. sed hic non est certum, nisi post mortem legatarij, nō ante: & ideo ad heredem non transmittitur. ex vero contraria loquitur in conditionibus casualibus. Vel dic etiam in casuali procedere propter generalitatem. l. huiusmodi. s. eo. Ad contrarium respondeo, quandoq̃ cōditionem casualem non posse existere, est certum in rerum natu- a ra, puta si mulier est⁹ vacua ventre, certum est in rerū natura non posse nasci posthumum, & tunc procedit l. Neratius. Quandoq̃ in rerum natura non est certum, quia mulier est pregnans, vnde potest partus nasci, & non nasci, & solus Deus scit: & tunc si non nascitur, non dicitur q̃ retro fuit impleta conditio, vt probatur s. de acq. here. l. cum quidam. §. quod dicitur. ver. quod si ipse. sed in hac l. cum fine. & in l. huiusmodi. s. eo. non fuit certum in rerum natura conditionem impleri posse viuo legatario, ideo decedens non transmittit, secus si poneremus fuisse certum.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Mulier est. Imol. videtur dicere contrarium in l. si filius here. s. de vul. & posthu.

§. Cum ab eo mihi. Opp. de l. si penum. j. eo. dic vt ibi dicam.

LEX XX.

1 ☞ Legatum annuum an dicatur vnum, vel plura.

2 Testator si legat eidem frumenti annuatim vsq̃ ad decem annos, heres potest pro tempore soluere.

a **§ Jcum prefinitione.** a Ista est nor. lex & singularis, & determinatio quasi omnium legum de hac materia loquentium & ideo est tenenda menti. & h. d. Legatum annuū cum prefinitione temporis relictum in dubio si fit causa alimentorum, dicuntur plura legata, alias vnum, cuius dies cedit a tempore mortis. h. d. In text. ibi heredis gratia quod fecisse videtur in dubio, cum certi temporis prefinitione extra causam alimentorum. Dy. Opp. de l. in singulos annos. s. de ann. leg. & l. cum in an- 1 nos. s. de ann. leg. Solut Dy. & tene menti. † Aut certū est illud quod testator voluit, vel facere plura legata vel vnum. & tunc istas mus certo, l. nec semel. ver. sed & si quotannis. s. eod. Aut est dubium, & tunc aut testator reliquit legatum annuum sine prefinitione temporis, & sunt plura legata. pro primo anno purum. pro sequentib. conditionale. l. cum in annos. s. de an. leg. Aut cum prefinitione temporis. & tunc aut in alimentis, & sunt plura legata, vt hic: Aut pro alio, & est vnum, vt hic, & l. filium. in fi. s. de 2 cit si testator † vnam eidem grani reliquit annuatim vsq̃ decem annos, an heres potest pro toto tempore soluere? videtur b q̃ sic, b quia ista dilatio est heredis vt hic: & ideo potest soluere quando vult totum, l. cum tempus. j. de reg. iur. & l. stipulatio. §. inter certam. j. de verb. obl. & l. si statuliberi. §. statuliber. infi. de stat. libe.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si cum prefinitione. Et istud facit an relictum alimentorum in causam paupertatis debeatur solū instante necessitate, an vero semper, de quo per Bald. in auth. ingressi. de sacrosan. eccl. facit quod habetur in l. pen. §. j. de an. leg. & vide Imo. in vlt. q. in l. qui hoc anno. in j. col. de verb. oblig.

b ALEX. ¶ Videtur q̃ sic. An in legato anno possit fieri solutio pro pluribus annis Bald. contra in l. in annalibus. C. de leg. facit qd̄ not. Bart. in l. eum qui. de an leg. IO. FR. RV. ¶ Adde Bal. in l. plures apochis. s. de fi. instr. vbi tenet contra Bart. & Jas. in l. & q. xxij. C. de iure emphy.

LEX XXII.

§ Jtitio cum. a Dictum fuit, facit principaliter conditionē, secundario tēpus, dictio cum, facit principaliter tēpus secundario conditionē. h. d. Et vide glos. in verb. scriptura, que dicit, cum annorum. xiij. erit de qua scriptura facit mentionem. s. incidenter.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si Titio cum. Habetur in l. centesimis. §. fin. de verborum obligatio. & facit quod not. Bal. in l. qui promisit. de condi. indebiti.

AND. BARB. ¶ Vide l. si decem. j. de verb. obl. & l. Seius. turminus. s. ad Trebel.

LEX XXIIII.

§ Jpenum heres. Legatū primū pretium transfunditur, demum post morā heredis ab heredē legatarij transmittit, & transfusione non facta. h. d. Opp. valde subtiliter & difficulter de l. cum sine. ij. resp. s. eo. vbi dicitur, q̃ legatū non trāsmittit. Sol. ibi incipit a precedēti cōditione, & penus non fuit in legato, ideo non trāsmittit. Op. de l. pure. s. eo. & l. aliquando. s. de cond. & demon. & l. si legatū sub conditione. s. de adi. leg. vbi dicitur, q̃ legatum purum ademptū sub cōditione, videtur sub contraria conditione datū, & decedēs legatarius non transmittit. Cū ergo fuerit purū, & sub conditione adēptum, ergo videtur sub contraria conditione datum: ergo nō debet transmittere. Dicit Dy. contraria loquunt quando est ademptum sub quadā conditione casuali, que non impleā moriente legatario. Ista aūt, de qua loquit hic, non definit moriente legatario posse impleri, ideo cedit dies, & transmittit ad heredē. Videamus ergo an istud sit aliquid dicere. Et istud vt primo contra. l. cū fine prefinitione. s. eo. vbi cōpletur cōditio moriēte legatario, & tū nō trāsmittitur, q̃ deberet: sicuti hic voluit doct. dicere, vbi est cōditio dāti que pōt impleri vltimo vite spiritu: vti cū illa aditio tū post mortē extitit. merito ad heredē nō transmittit. sed in lege ista nō est cōditio ista in dādo. sz magis q̃ respicit factū legatarij, sez.

sc3, si interpellauerit. Unde ante vltimum vite spiritū desinit pos se interpellari, ergo trāsmittit. Sed istud non videtur bene dictū, quia actus interpellationis potest fieri per alium. l. si quis solutio ni. i ff. ff. de vsu. ergo vltimo vite spiritu pō explicari. l. vlt. ff. ff cōd. inst. z l. Arethusa. ff. de sta. ho. Ergo videt, q̄ hic tātū post mortē terit conditio. Sol 13, extraneus possit interpellare, vt ibi: non ta extimē vt extraneo, sed vt ipsi legatario soluat, 13 ipsi in puncto mortis existenti non potest solui, z sic heres nō potest esse in mora, z sic in vita legatarij constat q̄ centū deberi non possunt. Pre terea, posito q̄ in pūcto mortis heres interpelletur, adhuc post interpellationem heres h3 illud modicum tempus, de quo dicitur in l. quod dicimus. j. de sol. Et sic constat, q̄ in vita legatarij centum deberi non possunt: sed legatū fundi purum fuit adeptū sub cōditione si centum deberi ceperint, vt ff tex. ergo sub contraria conditione fuit datum, si centum deberi non ceperint: sed in vita legatarij constat q̄ non possunt incipere deberi, ergo, &c. Sed quando inceperunt a precedēti conditione, sc3, si penū non dederis, centū dato: intelligitur, scilicet, si dare posse defleris: sed in vita legatarij heres non definit posse dare, ideo non transmittit legatarius decedens. Opp. quando dispositionē precedentem habet conditio, ius implendi conditionem transit ad heredem. l. diem. ff. ff. de arbi. Tenēt doct. in l. pe. C. de condi. inser. Sed hic habet precedentem dispositionem, ergo videtur, q̄ transeat ad he redem, z sic heres legatarij potest interpellare. Sol. dic, q̄ transit ad heredem eius, qui debet implere conditionem, non ad heredes eius in cuius persona debet impleri, arg. l. cū ita. z quod ibi dixi. ff. de condi. z demon. vel aliter ius implendi conditionem trā sit ad heredē. Dic illud in contractibus, hoc in vltimis voluntatibus: semper tamē dubitaui de illis. Facit q̄ dixi in l. si cui fund^{o}. z l. a. testatore. ff. de cōd. z demon. z in l. sub diuersis. ff. j. eo. tit.

TIONES.

LEX XXV.

CAm illud aut. In legatis alternatiuis vnū est legatū, z si vna pars est cōditionalis, legatario interim decedēte, nihil ad heredē trāsmittit. h. o. Ibi, non facit, z sic semel cedit dies, z nō pluries, vt ff. e. l. si vsufructus. in prin. z l. cum in annos. z l. seq. Jac. de Are. Oppo. ff. de l. prox. z ea. l. si vsufr. ij. respon. Sol. quidā, q̄ ad heredē nō videtur trāsferri, sillud q̄ est relictum sub conditione, aliud sic. Bl. nō stat in hoc, per l. cum ita ff. eo. Qualiter respōdebimus? Dic, q̄ ibi deficit cōditio vnius legati legatario moriēte. Nō obst. ff. l. prox. q̄ ibi nō fuit legatū alternatiue. Preterea, ibi cōditio primi legati, viuēte legatario, extitit. De istis clarus sum: sed dubiū facit d. l. cum ita. Nam ibi in vtraq3 parte alternatiue est tale legatū, cuius dies cedit a tempore mortis. Nā hoc legatū quoad Pamphila nata erit, cedit a tēpore mortis, vt j. ff. j. prox. Quare ergo si alternatiue ponatur, nō cedit dies a tēpore mortis. Sol. Dicamus q̄ non cedit ibi dies quo ad petitionē. Vel aliter, vt sentit gl. q̄ ibi in qualibet parte alternatiue est transmissibile per se, si separatim ponitur: sed si iungitur per istā alternationē, seu per ista verba alternatiua, tunc q̄ est dubiū dupler, scilicet, quid nascatur, z quid eligat: ideo nullū ad heredē transmittit ante quā sit electioni locus. Vel aliter possumus dicere, q̄ legatū alternatiuū habet in se tacitā conditionem. si potuerit electio celebrari, vt ꝓbat hec lex. in prin. z d. l. cū ita. Ista autē cōditio, si potuerit electio celebrari, venit ex testamento nō extrinsecus, merito impedit, l. q̄s pure. ff. eo. Circa istud legatum alternatiue relictū, videlicet vnū pure, aliud sub conditione, distinguo. Aut conditio extitit, viuo legatario, z nō est dubium quod transmittit. vt ff. eo. l. cum ita. in prin. a contrario sensu. Aut non extitit, sed deficit, z idem, vt d. l. cum ita. Aut non deficit, neq3 extitit in vita: sed in puncto mortis, z idē d. l. si vsufru. ff. eo. Aut etiam post mortem pēdet, z decedens non transmittit, vt hic. Oppon. de l. si quis seruum. ff. si ita. ff. de leg. ij. Sol. Plura sunt legata quoad plurium rerum nominationem, vnum quo ad solutionem, z ideo vnam cessionem diei debemus inspicere.

§. Heres meus. Conditio tacita, que inest ex natura rei legate transmissionē nō impedit. hoc dicit. Opp. ff. de actio. z obligatio. l. pupillus. Solue. vt plene solet dici in l. pupillus. j. de regu. iur. z l. prima. infra de noua. Oppo. de l. quod pure. ff. eodem. z l. aliquando. ff. de condicio. z demonstratio. Solu. Hoc venit ex natura rei legate, non ex ipso testamento. Dixi in l. conditiones extrinsecus. supra de conditionib. z demonstratio.

LEX XXVI.

IRmio Heliodoro. Oppo. ff. de vino tritico z oleo legato. l. cum certus. Solu. dicit gloss. ibi apparet aliud ex mente testatoris, quia ibi reliquit fructus, qui nascentur: hic pecuniam redigendam ex fructibus. Preterea, ibi dixit, ex fructibus qui nascentur, ideo ibi fuit, per modum cuiusdam conditionis: hic vero simpliciter quinquaginta reliquit ex reditu. Oppo. de l. si debitor. §. primo. supra de contrahenda emptione. De hoc plene per doc. in l. si quis argentum. C. de dona. inter. i in l. quidam testamento. ff. de legat. j. z l. inter stipulantem. §. sacram. j. de verbo. oblig.

1 Tempus certe etatis adiectum causa legatarij: diem non conditionem inducit.

2 Actio non datur legatarijs contra merum executorem, z quando detur

1 **§. Cum ab heredibus.** Ipse certe etatis adiectū cā legatarij diem, non conditionem inducit. hoc primo. Item cōtra merum executorem legatarijs non datur actio. hoc dicit §. iste. In text. ibi, fortem, z interim apud quendam tertium a testatore electum in depositum retineri voluit, vt patet ex inferioribus. Ibi intra. incipit respondere. Oppo. ad primum dictum, videtur quod faciant conditionem ista verba, vt l. si Titio. in prin. ff. eo. dic vt dixi in l. si cui. ff. de leg. j. Opp. de l. si res. C. ad exh. vbi videtur q̄ de positarius posset conueniri. Dicit glos. fateor. q̄ merus executor actione ex testamento conueniri non potest: sed conuenire potest actione depositi, si fuit depositum, vt reddat alumno. Iste passus est pulcherrimus, z j. statim reuocabo in dubium. Oppo. z videtur, q̄ intra diem posset repeti. l. j. §. pe. ff. depo. Hl. que est hic, respondet q̄ hic nō erat simplex depositarius: sed debet habere cō modum medij temporis. Opp. ad istum §. de l. a filia. §. fi. ff. tit. j. z l. codicillis. §. Sticho. de an. leg. Sol. ibi erat merus executor. Debebat enim dare certas vsuras, quas percipiebat, z si maiores percepisset, maiores tenetur reddere, sicut diximus in l. Lucius. §. heredē. ff. tit. j. hic vero iste depositarius debet habere aliquod commodum, z illud quod lucraretur vltra vsuras trientes. Opp. quia si istud est verum q̄ debet habere aliquod commodum, nō est nudus minister, arg. l. si quis Titio. ff. de lega. ij. Si non erat
a nudus minister, tenebatur actione ex testamento, a l. si a pluribus.
b ff. de le. j. Dico, q̄ iste depositarius sentiebat commodum b ex contractu depositi, cum herede celebrato: non q̄ agnouerit iudicium defuncti, nec q̄ petierit, sed heres iuit ad depositarium, z sic pacti fuerūt: alias nō video qualiter teneatur actione ex testamento. Vel dic, q̄ testator hic voluit pecuniam per heredē deponi cui dā, sub illo pacto, q̄ post certā etatē restitueret, z interim solueret vsuras, z sic voluit cōtractū depositi celebrari certa forma, vt hic inuit glo. paruula: sed in l. a filia. §. fi. fuit merus executor. Iussit em̄ simpliciter accipere pecuniā, z vsuras prestari: nō dixit per eū qui accipiebat, vel p alium eius cura, z diligentia, z ideo ibi fuit executor: hic depositarius certo pacto. z ideo celebrato cōtractu depositi, non pōt conueniri actione ex testamento. sed actione de positi, vt dixi in simili ff. de leg. j. l. si fideiussor. §. fi. Op. dicitur hic q̄ talis depositarius cauet. Contra ff. si cui plus quā per le. Falc. l. diuus. Sol. Hic sentiebat commodum a defuncto, vt ibi dixi.
2 Quero vtrum executor conueniri possit a legatarijs. z gl. videtur dicere q̄ non. Tu breuiter dic, aut est executor nō merus, sed qui sentit aliquod commodum ex testamento, z tunc iste tenet si cōmodum agnouit. l. si a pluribus. in prin. ff. de leg. j. z l. Imperator. in prin. z §. j. ff. de le. ij. Non ob. iste §. q̄ dic, vt ibi dixi. Aut est merus executor, z dicit Dy. Aut est ad pias causas. z pōt conueniri vt exequatur, sicut pōt agere. l. nulli. z ibi gl. C. de epi. z cle. Aut non est ad pias causas, z tunc, aut queris an possit cōueniri actione ex testamento, z non pōt, vt hic. Aut alia actione, z tunc potest vt actione ex deposito, vel rei vēdi. vel ex stipulatione, si interceserit, vt hic in gl. vel ac. neg. gest. vt no. do. in l. id quod pauperibus. C. de epis. z cle. Si vero inceperit agnoscere, tunc officio iudicis potest conueniri vt exequatur. l. iij. §. j. ff. de arbi. z l. Quintus. ff. de an. leg. An autem possit agi z cogi ad acceptandū? Hl. z Dyn. no. ff. de lega. ij. l. j. z ibi dixi. Doc. dicunt in l. id qō pauperibus. C. de episco. z cle.

ADDITIONES.

a ALEX. Actione ex testamento. Vide in d. l. si quis Titio. z Bar. in l. j. eo. titu. z quod ibi dixi.

b ALEX. Sentiebat commodum. Adde ad hoc tex. in l. cum filio. in fin. secundum lectu. Bar. z ibi post medium. de leg. j.

a **§. Pater.** a Tene menti istum §. de quo dicam. in l. q hoc anno. j. de ver. ob. Ulterius no. istud q̄ dicit glo. quando relinquitur victus, vel vestitus, debet intelligi eo tempore quo incipit egere. Tu dic aliter, vt dixi ff. de lib. agn. l. fi.

ADDITIO.

a ALEX. Pater. Per Bar. in l. si cui. in prin. de leg. j. adde tex clariorem in l. si cum pactionibus. z ibi Bar. ff. eo. z hic adde not. per Bar. in l. si legatarius. §. fi. de lega. iij.

LEX XXVII.

Filium familias ex parte. Conditio adiecta institutioni non videtur legato precedenti adiecta. h.d. Opp. conditio adiecta institutioni videtur repetita in legato, l. duos. §. de condi. & demon. l. cum seruus. §. de condi. insti. Sol. & ista est vera: hic primo legauit, & postea adiecit conditionem. Et vide glo. que incipit, a patre, &c. signa gl. dixi plene in l. auia. §. de condi. & demonstr. Quero, an institutus pro parte debeat interim habere totum, vel partem. Et dic plene vt dixi in l. plane vbi. §. si coniunctim. §. de lega. j.

§. Menstruos. Legatum menstruum relictum seruis, debetur a tempore competentis libertatis. h.d. iste §.

LEX XXVIII.

Si fundus instructus. Si fundus instructus relinquitur, dies legati cedentis inspicitur. h.d. Ibi, deberi. hec declara per ea que no. in l. pe. §. de fundo instructo.

LEX XXIX.

a **Rogo quandoque.** [a] Not. istum casum sing. quandoq; dabo tibi intelligitur, cum primum commode potero.

ADDITIO.

a ALEX. Rogo quandoque. Sing. iste tex. est. promitto quandoque dare intelligitur quam primum potero. Et ita ipsum no. alleg. & intelligit Jmo. in l. cum pater. §. rogo. de lega. ij. vbi videtur tex. contra istum iuncta l. seruos. j. de manu. test.

LEX XXX.

a **Quod pupille.** [a] Conditio nuptiarum nō impletur ex nuptijs inualidis. hoc dicit.

ADDITIO.

a ALEX. Quod pupille. Et istam legem cum gloss. allego tibi pro singu. in l. conditiones que extrinsecus. de cōdi. & demon. Ad de no. per Jmo. in l. ab omnibus. §. cum quidam. de leg. j. & in d.l. qui filiabus.

LEX XXXI.

Vxori ex parte. Istam habeo pro nota. lege h.d. secundum gl. Conditio, si heres non erit, moriente instituto, purificatur. Opp. primo, & videtur q̄ ista inuestigatio, an conditio videatur extitisse, vel non sit superflua, cum ista conditio, si heres non erit, non suspendatur, quia inest tacite, l. qui filiabus. §. fin. & l. seq. §. de leg. j. sed si legatum potius relictum a substitutio, vt hec litera innuit, non impedit diem legati cedere. vt §. eo. l. j. & l. heredis. §. pen. Respon. q̄ conditio, que tacite inest, non impedit transmissionem, nisi ex potestate legatarij pendeat. l. filio. §. de leg. j. & l. miles. §. j. §. de
a leg. ij. dixi in l. conditiones extrinsecus. Opp. [a] q̄ post mortem sit impleta. l. fin. de condi. insti. cum potest vltimo vite spiritu esse heres. Bloss. dicit, hoc non fateor, cum non habeat velle, nec nolle vltimo vite spiritu. Sed nonne istud videtur contra gl. l. filio. §. de leg. j. & l. miles. §. pro parte. §. de leg. ij. Sed ibi dicam in l. miles. §. pro parte.

ADDITIO.

a ALEX. Opp. Ro. q̄ adiri non potest hereditas vltimo vite spiritu. Adde Bal. in l. si. in prin. in vlt. col. de bo. que lib. & Jmo. in l. fin. supra de condi. insti.

TITVLVS III.

Vt legatorum seu fideicommissorum nomine caueatur. &c.

LEX I.

Legatorum nomine.

